

C V I S

1 6 3 6



- I. Eberhardi Speckhan Decisionum Juris Centuria I.
 II Eiusdem Centuria II.
 III Disputationes Juridicae
 IIII De Testamentis D. Grossii.
 V De iustitia et iure D. Taubmanni
 VI De origine juris et omnium Magistratum et successione
 prudentium D. Taubmanni.
 VII De Senatus Consulto Vellejano D. Ledereri
 VIII De patria potestate eiusque tum constitutione per nuptias
 legitimatorem, adoptionem: tum dissolutione D. Taubmanni.
 IX De Legitimatione D. Carpovii
 X De Tutelis D. Krenbergeri
 XI De Tutela et Cura D. Grossii
 XII De Fidei iussoribus D. Praetorii
 XIII De Donationibus eiusdem.

EX LIBRIS
 ILLUSTRISSIMI VIRI,
 DN. DAN. LVDOLPHI,
 LIB. BAR. de DANCKELMANN,
 S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
 STATUS INTIMI, cetera,
 BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
 TESTAMENTO RELICTIS.

117. 38.
 1

ii.




















027

IX
DISPUTATIO JURIDICA
De
TUTELIS,

Quam

DEI BENIGNISSIMI BENEFICIO,
Permissu & autoritate

*Magnifici atque Amplissimi Jctorum Ordinis in florens-
tissima Electorali ad Albim Academia,*

SUB PRÆSIDIO

Clarissimi & Consultissimi VIRI

Dn. CHRISTIANI Krembergi /
J. U. D. Juridicæ Facultatis Assessoris, & Judicii
Electoralis Curie Advocati dignissimi &c. Fautoris, Pro-
motoris ac Præceptoris sui omni observantiæ
cultu ætatem prosequendi.

Publicæ censuræ & disquisitioni placide subjicit.

DAVID BERRINGERUS Budesinâ Lusatus.

In Acroaterio Jctorum.

Ad diem 28. Martii, horis à 7. matutinis.



WITTEBERGÆ,
Typis Hæredum SALOMONIS AUERBACH,
ANNO cl^o l^o C XXIX.

J R



TITEL

Das Buch enthält die Geschichte der Stadt Magdeburg von der Gründung bis zur Gegenwart. Es ist in drei Theile eingetheilt: I. Die Geschichte der Stadt bis zum Jahre 1631. II. Die Geschichte der Stadt von 1631 bis 1806. III. Die Geschichte der Stadt von 1806 bis zur Gegenwart.



PROOEMIUM.

Ulando quidem utilia, difficilia, quotidiana, usque frequentia & per necessaria potius sunt attingenda, plenius pertractanda, ac diligentius examinanda (a), quam multis inutilibus homines pregravando, in re, ab usu judiciorum remotissima, multum operæ collocandum: Idcirco operæ pretium me facturum duco, si in disputandi arenam descensurus, & materiam aliquam juridicam placide atque amice disquisitioni submissurus, materiam tutelarum seligendo, pro mei instituti ratione & ingenij tenuitate enodavero. Hæc enim tutelarum materia non tantummodo est difficilis ac diffusa (b), verum etiam jure æquisima (c), origine antiquissima (d), & tam ob necessitatem (e), quam utilitatē in foro usitatissima (f), scituque necessaria. Proinde cum ipsa speciosè, tum quoad utilitatem, tum quoad difficultatem, sese ostendat: prolixiori commendatione, meo judicio, non indiget (g). Et quoniam universa tum demum bene & competenter gerentur, si rei principium sit decens atque amabile Deo (h): Merito animum meum

ad Dei omnipotentis erigo adiutorium, & præ-
cisa longiori verborum ambage, non confidens
meo ingenio, sed omnem spem ad solam referens
providentiam Summæ Trinitatis (i), ad propo-
situm me accingo.

In nomine (k) Domini nostri JESU
CHRISTI.

(a). Ut monet I Ctus Ulp. in l. 1. in princ. ff. de suspect. tutor.
& curator. & Paul. in l. legavi Titio. 25. ff. de liberat. legat.

(b). Adeo quidem, ut in hac unus atque alter, sive com-
mentarius, sive tractatus minimè sufficiat, telle Montano in tract.
de tutel. & cur. in præfat. ad lectorem.

(c). Æquitati enim seu juri naturali consentaneum est,
ut is, qui perfectæ ætatis non sit, alterius scilicet prudentioris
tutelâ regatur, §. impuberes. 6. Inst. de Attil. tutor.

(d). Quia jus tutelare 140. ferè annis ante urbem Romam
conditam in usu fuit (ut tradit Plutarchus in vita Lycurgi Lace-
dæmoniorum legislatoris) & ex vetustissimo Græcorum jure
descendit, inde etiam à Romanis ad suam Rempublicam, ut
pleraque alia, tractum. Montan. in d. tract. de tut. & cur. cap. 6.
num. 5. 6. & 16.

(e). Summa enim urget necessitas, ut imbecilli pupillari
ætati, multis captionibus suppositæ, multorumq; infidiis ex-
positæ, auxilium feratur. Ulp. in l. 1. princ. ff. de minor.

(f). Ipsa experientia rerum omnium magistra teste lucu-
lentissimo.

(g). Arg. l. 1. in princ. ff. de in integr. restitut.

(h). Veluti piè loquitur Imperator Justinianus in Novell.
6. in præfat.

(i). Præeunte Divo Imper. Justiniano in l. Deo auctore. 1. in
princ. C. de veter. jure enucl. quia Summæ Trinitatis favore, gratia
& auxilio omnia conficiuntur. l. tanta. 2. §. omnia igitur, 1. C. eod.

(k). In

(k). In quoad omnia consilia, omnesq; actus semper
progređimur. l. in nomine. 2. in prin. C. de offic. praefect. Praetor. Afric.

THESIS I.

Verum enim verò, cum in omnibus disciplinis,
& imprimis in jure nostro (a), potior quidem rerum (b),
prior tamen verborum (c) ratio habenda (d): haud
immeritò ipsi definitioni seu rerum (e) tractationi, no-
minis & etymologiam (f) & homonymiam (g) praemit-
tendam esse puto.

(a). Ut luculentius apparet *ex princ. Inst. quib. mod. re con-
trah obligat. l. 1. ff. de LL. l. 1. ff. de in jus vocand. l. 1. §. pactum. 1. ff. de
pact. l. mutuum damus. 2. §. appellata. 2. ff. de reb. cred. l. Institor appel-
latus. 3. ff. de instit. act. l. sponsalia. 2. ff. de sponsal. l. exceptio. 2. in princ. ff.
de exception. l. 1. in prin. ff. de furt. &c.*

(b). *L. scire oportet. 13. §. aliud. 2. vers. sed etsi. ff. de excusat.*
Nam & Pedius libr. 1. de stipulationibus nihil referre ait, pro-
prio nomine res appelletur, an digito ostendatur, an vocabulis
quibusdam demonstretur: quatenus mutua vice fungantur, quæ
tantundem præstent. *l. certum est. 6. ff. de reb. cred.* Hinc Ictus
Paulus *in l. pen. ff. ad exhibend.* respondit, verba non esse captanda,
sed, qua mente quid diceretur, animadvertendum; cum melius
sit, sensum magis, quàm verba amplecti: *l. si quis. 3. §. conditio. 9.
in fin. ff. de adimend. vel trans. fer. legat. neque ll. scientia in verbis,
sed in vi ac potestate subsistat. l. scire leges. 17. ff. de LL.*

(c). Quæ sunt rerum notæ, Vultejus *in comment. Inst. de le-
gat. §. si quis in nomine. 27. n. 2.* & quidem ejusmodi notæ, quæ tam
loquentis quàm scribentis animum, voluntatem atq; affectum
exponunt, declarant, renunciant. Item notæ quibus unum-
quodque vocatur. Gœddeus *in comment. de V. S. ad rubric. n. 7. ubi
plura videantur.*

(d). Docente Ulpiano *in l. 1. in princ. ff. de I. & I. & l. 1. in
pr. ff. de reb. cred.* ne nominum incertitudo, aut sermonis obscu-
ritas, discenti pariat inexhaustam laborum copiam, difficilem-
que docenti provinciam. Gœdd. *in d. comm. de V. S. ad rubr. in princ.*

(e). Quibus nomina ut plurimum esse consequentia seu convenientia. Icti student, §. est & aliud. 3. vers. sed nos. Inst. de donation. cui enim in jure nomen adimitur, eidem & res & effectus nominis detrahitur. l. à nullo. 4. C. de fer.

(f). Quæ verbis proprium dat significatum, l. cui præcipua. 57. l. ut Alfenus. 87. l. tuguru. 180. §. 1. & l. pupillus. 239. §. territorium. 8. cum utrobique notatis per gloss. ff. de V. S. &c. Textus cum gloss. in verb. à fidelitate. in §. fin. in tit. per quos fiat investit. & per quos recipiat. in usib. feud. Bart. in l. 1. ff. qui testam. fac. poss. & in l. liberorum. 220. in vers. secundo principaliter est videndum. ff. de V. S. vim quoque vocis indicat, Erasmus & Rudolphus Agricola in LL. de notat. Est enim vocis resolutio in proprium effectum rei, quæ demonstratur, secundum Bald. in cap. 1. §. si quis de manso, in ult. colum. de controvers. investit. in usib. feud. veram etiam rei originem etymologizando eloquimur, secundum Angel. & Johan. de Imol. in l. 1. ff. de acquir. vel amittend. possess. Vocatur autem à Cicerone in suis Topicis (quem referendo sequitur Fabius libr. 1. Orator. Inst. cap. 6.) notatio, quod notam facit rem, de qua prædicatur.

(g). Quæ juxta Philosophos errorum est genetrix, controversiarum progeneratrix. Cicero. ad Herenn. Vocem efficiens quasi non vocem; nihil enim certi significat, aut menti representat. Alsted. in system. log. libr. 1. c. 6.

II.

Est autem tutela à tuendo sic dicta ac deducta.

Wesemb. in ∞ . hic. n. 1. Unde qui eam vim ac potestatem habent, tutores, quasi tutores nominantur, sicuti æditui dicuntur, qui ædestuentur. test. Imperat. in §. tutores. 2. Inst. h. tit. & Paul. in l. 1. §. 1. ff. eod. Duaren. in comment. ff. ad h. tit. cap. 1. Mynfinger. ad d. §. 2. Inst. hic. n. 2. Schneidvv. ad §. 1. Inst. hic. num. 6. Treutl. volum. 2. disput. 8. th. 1. lit. a. Val. Guil. Forster. part. 1. Justin. tractat. ad Instit. disp. 4. th. 3. Simpliciter & defensores appellantur, in l. matres que amissus virus. 2. in fin. C. quando mul. tut. offic. fung. pot. Hodie verò (inquit Albericus de Rosate in l. 1. ff. de tut. & in suo lexic. in verbo, tutor,) veriori etymologia tutores dici possunt

sunt tollitores, quam tuitores, ab effectu, quod plerumq; tollant & furentur bona pupillorum. *Vide allegata Trentl. d. disp. & loc.* Hinc etiam nostrati lingua tutor tali ingenio præditus, vocatur abusive Dormund / quasi vor dem Mund scilicet raptor pupilli bona auferens. Quod tamen bonorum pace dictum, & a nobis, Christianam cum effectu (ut omnes decet) profitentibus religionem, rejectum ut volumus, sic debemus. *Montan. in d. tract. cap. 4. num. 7.*

III.

Curator quod attinet; sciendum tutelæ vocabulum sumi potissimum in jure tripliciter. 1. Latissime, pro qualibet defensione (a). 2. Latè, pro cura seu curatione (b). 3. Strictè, pro eorum tantum hominum protectione, qui per ætatem se ipsos tueri & defendere nequeunt. (c).

(a). Ut est 1. Tutela corporis. *Florentin. in l. ut vim. 3. ff. de l. & l. 2. Civitatis seu Reipubl. Ulp. in l. 1. §. curavit autem. 2. ff. de cloac. & Callistrat. in l. non tantum. 11. ff. de decurion. 3. Rerum. Nerat. in l. pen. ff. de impens. in res dot. fact. cujus etiam meminit Horat. 1. Epistol. 1. quo loco Mæcenatem rerum suarum tutelam appellat. *Vide Montan. d. tract. de tut. cap. 1. num. 16. 17. & seqq. ubi plura.**

(b). *Vt in l. 1. in prin. l. verum. 11. §. ex facto. 2. ff. de minor. l. ad litem. 4. C. de in lit. dand. tut. vel curat. ad quas ll. gloss. vid. Wesembec. ad §. item qui. 2. Inst. de excusat. tut. vel curat. l. si tutor. 9. in pr. ff. de tutel. & ration. distrab. l. pater Severianam. 101. §. conditionum verba. 2. ff. de condition. & demonstrat. & l. ne lucrum. 5. C. de curat. furios. Hinc etiam appellatione tutoris curator nonnunquam continetur, ut in l. quesitum est. 12. ff. h. tit. l. cum quidam. 2. ff. de tutor. & curator. dat. abhus & c. l. tutor. 3. §. si quis. 10. ff. de suspect. tutor. & curator. & e contrario, curatoris appellatione tutor. ut in l. si curator. 3. C. arbitr. tutel.*

(c). De qua tutela, non quidè in genere accepta, quatenus scilicet ad omnes Rerū publ. formas extenditur, cujus causa universalis est ipse Deus, qui pater orphanorum appellatur, *Psal. 68. v. 6. pupillū suscipit, Psal. 146. v. 9. eidemq; calumniam inferri vetat, Zachar. 7. vers. 10e.*

vers. 10. Quid? quod pupillos opprimentibus gladii pœnam,
& seipsum eorum nomine vindictam executurum, minatur.
Exod. 22. vers. 22. & seq. Particularis verò, ratio naturalis, quæ
hominem, qui nec sibi consulere, nec rebus suis superesse pot-
est, alteri subesse suadet, Vult. *Jurprud. Rom. lib. 1. cap. 25. num. 1.*
Etenim nobis omnibus est innatum, atque animis nostris divi-
nitùs quasi insculptum, ut pupillos & minores tueremur. §. *im-
puberes autem. pen. Inst. de Attil. tutor. l. 1. in prin. ff. de minor. & l. neq. à
tutela. 7. in fin. C. de excusat. tutor. & curator.* Sed in specie sumtã
sive Romanã hac in disputatione pauca in medium prolaturi
sumus.

I V.

His ita præmissis rectã progredimur ad R E I de-
finitionem (a). Est ergò tutela, germanicè *Vormundt-
schafft* dicta, (Servio Sulpitio I Cto definitore) vis (b)
ac potestas (c), in capite (d) libero (e), ad tuendum (f)
eum (g), qui propter ætatem suam (h) spontè (i) se de-
fendere (k) nequit (l), jure Civili (m) data (n) ac per-
missa (o).

(a). Quæ rei essentiam claudit, teste Baldo *in l. maximum
vitium. 4. C. de lib. præterit.* imò amussis est proprietatis, & totius
exactæ ac methodicæ disputationis ceu fundamentum quod-
dam, docente Everhardo *in loco legal. 3. à definit. num. 4. in fin.*
Hæc autem definitio offenditur *in §. est autem tutela. 1. Inst. h. tit.
& l. 1. in pr. ff. eod.* & composita est ex suis causis, quas omnes, ut
tutelæ naturam eò meliùs investigare possimus, hîc brevibus
producemus; siquidem scire aliquid tum demum æstimamur,
atque ipsi arbitramur, cum ejus causas cognoscimus. Gothofr.
ad l. pupillus. 9 ff. de acquir. vel. omitt. heredit.

(b). Malunt quidam Dd. cum Theophilo Græco para-
phrasæ, & Harmenopolo pro vocula VIS legere JUS, pu-
tantes, hoc vocabulum tutelæ naturam magis exprimere. Sed
hanc opinionem luculenter sanè refutant, atq; usitatam lectio-
nem satis superq; confirmant verba sequentia *in §. 2. Inst. h. tit. &
l. 1. §. 1. ff. eod.* quibus dicitur, tutores esse, qui eam vim ac pote-
statem

statem habent, Val. Guil. Forster. *d. part. 1. iustin. tract. ad Inst. disp. 4. th. 1.* Nec immeritò igitur & nos eorum sententiam rejicimus, & quidem hanc etiam ob causam, ne duo definitionis genera ineptè ponantur. Vide Bachov. *ad Treutl. prædict. disp. th. & lit. ubi contraria illius refelluntur argumenta.*

(c). Isthæ duæ voculæ VIS ac POTESTAS (in quibus tutelæ genus consistit) unam eandemq; habent significationem, uti etiam in lingua nostra vernacula Macht und Gewalt. Anton. Matth. *in notis Inst. hic.* Idcirco à ICtis passim conjungi solent, ut in §. *adipiscenda. 3. Inst. de interdict. & l. scire leges. 17. ff. de LL. l. 1. ff. de noxal. action. l. si idem. 7. C. de codicill. Duaren. ad h. tit. ff. cap. 1. Donell. libr. 3. comment. cap. 1.*

(d). Id est, in persona seu homine, qui tutelæ objectum sive materiam circa quam denotat, Gothofr. *ad d. l. 1. ff. h. t.* Schneidvv. Mynsinger. & Wesemb. *Inst. h. tit. & §.* Persæpe enim in jure nostro caput pro homine per synecdochen membri pro integro ponitur, ut in *l. necessarium. 2. §. exactus deinde. 16. ff. de orig. jur. l. liberos. 3. §. emancipato. 1. & l. tutelæ. 7. §. injuriarum. 1. ff. de cap. diminut. l. Titia. 34. in pr. ff. de leg. 2. & c. Vid. Mont. *d. tract. c. 3. n. 13. & seq.**

(e). Pupilli scilicet, cum Accursio Duaren. *in ff. ad h. tit. d. cap. 1. gloss.* Hottoman. Wesemb. Borcholt. *ad d. §. 1. Inst. hic.* Cujac. *21. observ. 23.* in quo hæc vis ac potestas exercetur, ut apparet ex Gellio *libr. 5. cap. 19.* Quo loci pupillum vocat caput liberum, fidei tutorum commissum. Anth. Matth. *in not. Inst. hic.* qui sui etiam juris est, & caput prorsus liberum habet. Wesemb. *in x. ff. h. tit. n. 4.* Liberum enim caput (quod in pupillo necessariò requiritur, cum illo in servitutem redacto tutela finiatur, per §. *item. 1. Inst. quib. mod. tut. fin. arg. §. cum autem. 1. & §. si ab hostibus. 5. Inst. quib. mod. jus patr. potest. solv. l. si ad rogati. 14. §. item. 1. ff. h. tit. de tut.*) hic per excellentiam accipitur pro persona scilicet libera, nullius alterius juri, vel potestati sive Dominicæ, sive patriæ, sive etiam maritali subjecta, sed ea, quæ propriæ est potestatis, proprii arbitrii & sui juris. *in pr. Inst. hic.* Schneidvv. & Vult. *ad d. §. 1. Inst. ibid. Montan. d. tract. cap. 3. n. 28. & seqq.* Ad hæc autem notandum, cujus vel fortunæ vel dignitatis sit pupillus, ni-

B

hil

hil interesse, cum & Regi Illustribusq; personis rectè tutores dari queant. *l. 1. C. de tut. vel curat. illustr. vel clariss. person. Vide Weseemb. in π. ff. h. tit. n. 5. nec considerat in pupilli persona vitium seu corporis seu animi; quoniam & furiosi & muti & surdi, si impuheres sunt, tutores accipiunt. l. qui habent. 3. cum l. muto. 6. in pr. & §. surdo. 3. ff. h. tit. Donell. d. lib. 3. comm. c. 2.*

(f). Quo vocabulo designantur tutelæ & forma & finis principalis, qui consistunt in ipsa pupilli tuitione: Per hanc enim tutela id est, quod est, atque a reliquis personarum juribus tanquam species opposita propriè distinguitur. Recedimus igitur ab illorum opinione, qui vim ac potestatem tutelæ formam adstruunt; quippe cum sit genus & quid commune aliis jurium personalium speciebus, forma ac differentia specifica, per quam à reliquis distinguitur, esse non potest. *ut docent Philosophi. Simulatq; tutelaris potestas à patria & dominica secernitur. Vid. Donell. d. lib. 3. comm. cap. 1. Patresfamilias enim in liberos, & Domini in servos plenam atque integram habent potestatem, quæ tam in nocendi, quàm in commodandi facultate est posita, cum antiquitus jus vitæ ac necis habuerunt, ut in l. in suis. 11. in fin. ff. de lib. & posth. l. ult. C. de patr. potest. l. 1. §. igitur. 1. ff. de his qui sui vel alien. jur. sunt. Tutorum verò potestas tantum in commodando, arcendisq; à pupillo periculis & incommodis sita est. Hotom. in pr. Inst. h. tit. Majus etiam tuitione jus habet pater tam in caput liberorum, quàm in bona, cum eorum sit dominus, aut quoad proprietatem, aut quoad usum fructum, §. igitur liberi. 1. Inst. per quas pers. nob. acquir. l. fin. & tot. tit. C. de bon. matern. ita, ut non solum tueri, sed & consumere possit. Weseemb. in π. hic n. 4. plura vid. apud Hillig. in Donell. Enucl. d. lib. 3. comm. c. 1. in not. ad lit. E & F.*

(g). Id est, pupilli impuberis personam, per l. quia personæ. 14. ff. de testam. tut. Gothofr. ad d. l. 1. ff. h. tit. & hinc præcipuum apparet discrimen inter tutorem & curatorem. Tutor enim propriè ac principaliter tuendæ pupilli personæ datur, non rei vel causæ, gloss. in d. §. 1. verb. data. Inst. hic. & in §. certæ autem rei. 4. verb. personæ. Inst. qui testam. tut. dar. poss. l. certarum. 12. & l. quia personæ.

lona. 14. ff. d. tit. de test. tut. in tantum, ut si ad certam rem, vel cau-
sam sic datus, tota datio nihil valeat, per express. text. in d. l. certa-
rum. 12. cum ll. seq. ff. d. tit. secundario tamen atque in consequen-
tiam ad universum personæ patrimonium administrandum da-
tus esse creditur; ut in §. datus. 17. Inst. de excusat. tut. vel curat. l. pro-
pter litem. 21. §. licet. 2. ff. eod. (in qua lege exceptio etiam hujus regulae
traditur) nam ut persona non recipit divisionem, ita nec tutela,
quæ personæ datur. Et quemadmodum partitionem respuit
in principali, sic etiam in administratione bonorum accessoria,
quæ principalis naturam sequi debet. l. cum principalis. 178. ff. de R. I.
Wesemb. in w. hic. n. 4. Curator autem principaliter rebus &
non personæ datur. ut patet ex tot. tit. Inst. de curator.

(h). Impuberem scilicet, Gothofr. ad d. l. 1. ff. hic. per. pr.
Inst. d. tit. de curator. (id est, quando masculus nondum annum
decimum quartum, fœmella verò nondum annum duodeci-
mum complevit.) quæ in pupillo maximum etiam est requisi-
tum, cum puberibus tutor non detur, l. Seja. 26. ff. de tutor. & cu-
rat. dat. ab his &c. in ò pubertate adveniente tutela finiatur: ut ap-
paret ex pr. Inst. quib. mod. tut. fin. ubi Dd. omnes, & l. 1. C. quando tut.
vel curat. est. defn. Donell. d. lib. 3. comm. 62. Hæc enim ætas quic-
quid videndum vel fugiendum ignorat, l. 1. circa fin. ibiq; Gothof.
C. de fals. monet. l. si plures. ult. in fin. ff. rem pupill. salv. for. nec decer-
nere potest, non magis quàm furiosus. Paulus in l. pupillus. 9. ff. de
acquir. vel omitt. heredit. Et hoc modo distinguitur tutela partim
à patria potestate, in qua constitutus, licet centum esset annorū,
illâ tamen non eximeretur, nisi mors patris, vel emancipatio,
aut alius de potestate exeundi modus, interveniret, de quibus in
tot. tit. Inst. quib. mod. jus patr. potest. solv. adulti verò facti à tutela
liberantur: partim etiam à cura, quæ primario datur ad admi-
nistrandas res puberis, prodigi ac furiosi, vel propter aliud
quodpiam seu corporis seu animi vitium impediti, quo minùs
sibi rebusq; suis vel interesse vel superesse queat, tot. tit. ff. de cu-
rat. furios. & alius extr. minor. dand. Mynsing. ad d. §. est autem. 1. Inst.
hic. n. 8, & 9. Duaren. in comment. ff. ad h. tit. c. 1. gloss. Schneidvv.
Hotom. Inst. jam d. loc. Hænon. disp. ff. 7. b. tit. th. 1. lit. E.

(i). Id est, captu suo, ingenio & consilio. Gothofr. ad d. l. 1. ff. & Wesemb. ad d. §. 1. Inst. h. tit.

(k). Hoc significantius magisq; proprium est, respectu tutelæ, a tuendo dictæ; quàm regere, gubernare, administrare. Wesemb. jam alleg. loc.

(l). L. fœmma. 2. §. item impubes. 1. & l. in negotiis. 5. ff. de R. I. vid. tit. Inst. de authorit. tutor.

(m). Quod generalem causam efficientem denotat, ratione nimirum & approbationis & confirmationis. Quoties enim (ur ipsis Dn. Gœddei in tract. de contrah. & committ. stipulat. c. 2. conclus. 1. n. 21. verbis utar) quæstio est, unde unumquodq; jus sit, ex quo jure unusquisque contractus originem capiat, & quo jure censi debet, semper recurrendum est, non ad generis supremi, sed ad propriam singularum specierum formam, & videntum, unde & a quo jure eam integram acceperit. arg. l. omnes populi. 9. ff. de I. & l. jam autem non constat, apud alias etiam gentes talem, qualem apud Romanos, usitatam atque observatam fuisse tutelam. arg. §. jus autem potestatis. 2. Inst. de patr. potest. Juris verò naturalis est, ratione originis ac materiæ, quatenus scilicet ipsa in ratione naturali est fundata, cui conveniens est, ut is, qui perfectæ ætatis nondum est, alterius tutelâ regatur. Vulcejus ad §. impubes autem. pen. Inst. de Attil. tut. n. 5. Hotoman. ad d. §. 1. Inst. h. tit. in verb. jure Civil. Mynsing. ibidem. n. 10. Hillig. in Donell. Enucl. d. libr. 3. comm. cap. 1. in not. ad lit. H. Bronchorst. cent. 2. miscell. controvers. assertat. 3. in fin. Montan. d. tr. cap. 6. n. 16. & seqq.

(n). Ut legitima, quæ propinquis à lege propriè ac immediate datur. Wesemb. ad saepe d. §. 1. Inst. h. tit.

(o). Ut testamentaria, quæ parentibus, ex §. permissum. 3. Inst. h. tit. ubi Wesemb. & dativa, quæ Magistratibus, ut dent tutores, permittitur. arg. l. lege. 130. ff. de V. S. Wesemb. jam allegat. loc. & in c. ff. h. tit. n. 4. Gothofr. ad d. l. 1. ff. h. tit. Donell. d. cap. 1. in fin. Vult. ad d. §. 1. Inst. h. tit. n. 7. Hœnon. disp. ff. 7. h. tit. th. 1. lit. G. Itaque cum ICto Ulpiano in l. tuto. 6. §. tutoris. 2. ff. h. tit. rectè arbitramur, tutoris dationem neque imperii esse, neque jurisdictionis; sed ei soli competere, cui nominatim hoc dedit vel lex,

lex, vel Scrum, vel Princeps. per pr. Inst. de Attil. tut. l. 1. & l. nec
mandante. 8. ff. de tut. & curat. dat. ab his &c. Duaren. in comm. ff. de
jurisdict. cap. 5. & in l. imperium. 3. ff. eod. item ad tit. ff. de tut. & curat.
dat. &c. cap. 2. in pr. Donell. d. libr. 3. comm. c. 7. Coras. lib. 5. Miscell.
cap. 24. Cujac. 15. observ. 19. Pacius. 5. enant. q. 69. Bronchorst. cent. 1.
assert. 13. Mynsing. ad §. sed hoc jure. 4. Inst. de Attil. tut. n. 7. & seq.
Arumæus disp. ff. 16. th. 2. & exercit. Inst. 3. th. 4. Hænon. d. disp. ff. 7.
th. 5. lit. C. Val. Guil. Forster. d. p. 1. Justin. tract. ad Inst. disp. 4. th. 8.
Trentl. d. disp. 8. vol. 2. th. 1. lit. E. vid. infra th. 8. lit. B.

V.

Abfolurâ tam rei quàm nominis definitione,
ponimus divisionem (a), quâ est (b) vel testamentaria
(c), vel legitima, vel dativa (d).

(a). Quæ animus legentis incitat, mentem intelligen-
tis præparat, & memoriam artificiosè reformat, ut non minus ve-
rè, quàm eleganter inquit glossa in præm. Inst. §. igitur. 4. in verbo, eas-
dem, in fin. Ut enim definitio, quid res sit, nobis explicavit: ita
divisio, qualis sit, jam demonstrabit, & rem, quæ prima fronte
una videtur, in membra sua partietur, Obrecht. de princip. jur. c.
7. n. 1. rem claram atque apertam reddendo: cap. super literis. 20. X.
de rescript. Divisa namque melius intelliguntur. l. 1. in pr. juncta
gloss. ibid. ff. de dol. mal. & met. except. Borcholt. in tract. de feud. cap.
4. num. 11.

(b). Ratione nimirum constitutionis seu delationis, &
causæ efficientis, non officii, quod omnibus idem est. Donell.
d. libr. 3. c. 4. in princ.

(c). Quæ reliquis duabus dignior, ejusq; causa prior &
potior. Wesembec. in c. ff. de testam. tut. n. 3. Anthon. Matth.
in not. & Mynsing. ad §. pe missum. 3. Inst. hic. in pr. Montan. d. tr. cap.
8. n. 1. cum semper legitima tutelâ testamentariæ cedat, text. ex-
press. in l. si tutor. 9. §. si duobus. 1. in fin. ff. de tutel. & ration. distrab. adeo
ut quam diu hæc saltem speratur, legitima non admittatur; pr.
Inst. de legit. agnat. tut. l. si quis sub conditione. 11. in pr. ff. de testam. tut.
arg. l. quamdiu. 39. ff. de acquir. vel omitt. heredit. & l. quamdiu. 89. ff. de

R. I. Duaren. *in comm. ff. ad h. tit. de testam. tut. cap. 1.* Treutl. *d. disp. 8. volum. 2. th. 2. lit. A.* quia provisio hominis tollit provisionem legis. Bart. *ad l. & habet. 15. §. cum quis. 3. ff. de precar.* Bald. *ad l. si mulier. final. C. de pact. convent. & ibid. gloss. in verb. contentam.*

(d). De quibus infra in th. 7. atque 8. tractaturi sumus. Et licet alii Dd. aliter tutelam dividant, nos tamen propter *l. generaliter. 52. C. de Episc. & cleric. l. nemo. 5. C. de legit. tutel. l. militia. 4. C. qui dar. tut. vel curat. poss. juncta l. scire oportet. 13. in pr. ff. de excusat. & l. dativus. 7. ff. rem pup. vel. adol. salv. for.* hanc retinemus partitionem cum Duaren. Gothofr. *ad d. l. 1. ff. h. tit.* Wesemb. *in w. ff. eod. n. 5. gloss. Inst. hic. in verb. permissum, ubi Schneid. & Wesemb. Mynsing. ad d. §. est autem. 1. n. 11. Anthon. Matth. in not. verb. jure Civili &c. & Brederod. in analysi. Scheplitz. in promptuar. jur. Civil. & feud. tit. de tutel. 32. n. 1. Bocer. class. 2. disp. de tutel. 4. th. 3. Treutl. & Hænon. dd. locus in fin. Dom. Arumæ. exercit. 3. th. 3. Hillig. in Donell. Enucl. d. lib. 3. comm. cap. 4. in not. ad lit. A. quem vide adjuncto Montan. d. tr. c. 7. per tot.*

VI.

Testamentaria tutela (a) est potestas jure Civili introducta (b), quâ parentes (c) liberis suis (d) impuberibus (e) in potestate constitutis (f) testamento (g) tutores (h) constituunt (i).

(a). Cujus fit mentio *in d. §. permissum. 3. Inst. hic. & tot. tit. seq. cum tit. ff. & C. de testam. tutel.* & quæ ex testamento nomen invenit, Vultejus *ad d. §. permissum. 3. Inst. h. tit. n. 1.* atque ex jure divino suum habet fundamentum. *Galat. 4. v. 1. & 2.* Dicitur autem testamentaria, & non legitima, etiamsi *L. 12. Tabb.* sit concessa, ad istius distinctionem à legitima, quæ lege tantum, defertur; Duaren. *ad tit. ff. de testam. tutel. cap. 1.* atque ad hanc etiam quasi testamentaria (quam Dd. vocant tutoris testamento non rectè dati, sed confirmati,) pertinet. Hilliger. in Donell. *Enucl. l. jam in preced. th. prox. alleg. loc.*

(b). Ex *L. scilicet 12. Tabb;* (quæ est causa efficiens remota hujus tutelæ) auctore Cajo *in l. 1. & Paulo in l. tutor. 20. in fin. ff. de testam.*

testam. tutel. cuius verba sic se habent : Uti quisq; legasset super pecunia, tutelave rei suæ, ita jus esto. Ulpian. in fragment. tit. ii. de tutel. §. 14. Pompon. in l. verbis. 120. ff. de V. S. Cum enim secundum naturam fiat verisimile, neminem diligentius de pupilli bonis cogitaturum, quam ipsos parentes, qui liberis suis utiq; rectè prospicere velle creduntur, ex l. si plures. 3. §. si parens. 1. ff. de admin. & peric. tut. & curat. & l. nec in ea. 22. §. fin. ff. ad L. Jul. de adult. cum nullus affectus vincat paternum. in l. ult. in pr. C. de curat. furiosi vel prod. Idcirco lex permisit ac suavit, ut parentes liberis suis impuberibus tutores (& quidem amicissimos simul ac fidelissimos electos, sicuti solent, l. amicissimos. 36. in pr. ff. de excusat.) in testamentis darent, ne post illorum mortem incerta esset ejus rei sollicitudo. Mynsing. ad d. §. permissum. 3. Inst. h. tit. n. 2.

(c). Omnesq; ascendentes, liberos in potestate habentes, d. §. 3. & d. l. 1. in pr. ff. de testam. tut. & quidem masculi; quia tutela datio, quæ fit à patre, est pars, id est, effectus quidam patriæ potestatis, in l. impuberi. 40. in fin. ff. de administ. & peric. tut. & curat. quæ à tempore mortis patris, in liberos usq; ad pubertatis tempus continuari videtur. ex l. 1. ff. de testam. tutel. l. moribus. 2. in pr. ff. de vulg. & pupill. substit. Wesemb. & Hotom. ad d. §. 3. Inst. h. tit. in pr. Hoënon. d. disp. ff. 7. h. tit. h. 2. lit. B. Fœminæ igitur (cum nec naturales liberos & vulgò conceptos in sua potestate habeant, §. fœminæ. 10. Inst. de adoptio. §. ceteri. 3. in fin. Inst. de hered. qual. & diff. l. illud. 4. §. ad testamenta. 2. ff. de honor. possess. contr. tabb. l. nulla fœmina. 13. ff. de suis & legit. hered. l. si u contra. 8. C. de præscript. long. temp. l. mulierem. 5. in pr. C. de adoption. Nov. Leonis. 25. in verbo, illud porro &c. & propterea nec aliis in illos potestatem dare possunt, ex regula juris, quod nemo plus juris ad alium transferre possit, quam ipse habeat. Ulp. in l. nemo. 54. ff. de R. I.) liberis impuberibus testamento tutores dare nequeunt. l. mulier. 2. in pr. ff. de confirm. tut. vel curat. l. peto. 69. §. mater. 2. ff. de legat. 2. l. mater. 4. in pr. C. de testam. tut. Exceptis tamen matribus atque aviis, quæ propter maternæ affectionis sive pietatis præsumptionem liberis suis tutores testamentis dare possunt; modò eos & heredes instituant, & ex inquisitione tam morum quam facultatum, citra tamen satisfactionem, confirmatio Magistratus accedat. l. pater. 4. ff. de testam. tut.

in

in qua ratio subjicitur, quia in rem potius, quam in personam, dedisse videtur. *d. l. mulier. 2. ff. & l. 1. C. de confirm. tut. l. ult. §. fin. in fin. ff. qui pet. tut. vel curat.* Duaren. *ad tit. ff. de confir. tut.* Borcholt. *in d. §. 3. Inst. h. tit. in fin. ibiq.* Mynsinger. *n. 3. Bocer. in class. 2. disp. h. 14. th. 6.* Philipp Matth. *ad §. nemo potest. 1. l. quò tutela. 73. ff. de R. I.* Liberos enim in testamentis præteritos, nec heredes institutos, dilexisse non præsumuntur. *arg. l. si patronus. 4. ff. de confirm. tut. vel curat. ubi Paulus concludit, sequendum esse magistratui iudicium defuncti, qui impuberem ita dilexerit, ut eum etiam heredem instituerit.* Confirmatio autem eò requiritur, quod mulieres, etiamsi sint parentes, ob sexus tamen imbecillitatem, & quàm iudicii quàm consilii lubricitatem (quàm plerumq; adversus propria commoda laborant) in tutore deligendo liberis satis providè consulere nequeant. *l. & primò. 2. §. verba. 2. ff. ad Sct. Vellejan. l. si mulier. 22. C. cod. l. regula est. 9. in pr. ff. de iur. & fact. ignorant. l. ita autem. 5. §. Papinianus. 8. ff. de administ. & peric. tut. vel curat. arg. l. si pater. 4. in fin. C. de sponsal. Ad hæc quoque vide apud Montan. *d. tr. cap. 8. cum exceptionem. n. 39. tum cautelam à Dd. traditam hîc adhibendam, n. 40.* Hinc consequitur, nec patronum suo liberto, nec patruum, nec quemvis extraneum extraneo impuberi tutorem testamento dare posse, nisi tum impubes heres instituat, tum tutor de facto non de jure datus, vel à Magistratu majori ex inquisitione, vel remissus ad Magistratum minorem exacta satisfactione confirmetur potius, quàm ut alius eligatur. *ut in l. qui tutelam. 28. §. ult. ff. de test. tut. l. 1. C. eod. l. 1. §. si autem. 1. l. si patronus. 4. cum l. seq. ff. de confirm. tut. vel curat. & ibid. Wesemb. in \in . in fin. Vult. *ad d. §. 3. Inst. h. tit. n. 2. & 3. Bachov. in Treutl. ad d. disput. th. 2. lit. B. Duaren. dict. loc.***

(d) Sive masculini sive fœminini sexus; *d. §. permissum. 3. Inst. h. tit. d. l. 1. in pr. ff. de test. tut. d. l. moribus. 2. ff. de vulg. & pupill. substit.* masculinum enim non modò extensivæ significationis beneficio, sed maximè etiam sermonis proprietate fœmininum comprehendit. *per l. 1. ad quam Gædd. n. 22. ff. de V. S. ubi plura videantur allegata.* Nec solùm filiis & filiabus, verùm etiam nepotibus suis & neptibus, aut cæteris descendentibus; modò
 ipsis



ipsis mortuis in alterius, nimirum patris sui, potestatem non
recauris: *d. §. 3. versic. nepotibus verò. & d. l. 1. §. ult. ff. de testam. tut.*
His enim nec miles potest. *l. nec militem. 2. ff. eod. l. impuberi. 40 ff.*
de administ. & peric. tut. & curat. ubi ratio subjicitur, quòd filii tute-
la jure patrie potestatis (ad quòd vocabulum videatur glossa) non
militie premio mandetur. Atque iis tam natis, quàm nascitu-
ris: Modò tamen in ea sint causa, ut, si vivis ipsis parentibus
nascerentur, in eorum potestate, iisq; mortuis sui juris essent
futuri, nec testamentum rupturi. *§. cum autem. pen. Inst. h. tit. d. l. 1.*
§. 1. ff. d. tit. de testam. tut. Ubi enim de posthumorum commodo
agitur, pro jam natis habentur, ut in aliis compluribus causis;
l. qui in utero. 7. & l. pen. ff. de stat. homin. l. cum quidam. 30 §. quòd
dicatur. 1. versic. quoniam mortis ff. de acquir. vel omitt. heredit. l. quòd
dicimus. 231. ff. de V. S. sic & in hac tutelari causa. *d. §. cum autem.*
pen. ad quem Mynsing. n. 1 & seq. Duaren. ad d. tit. ff. de test. tut. c. 2.
Verum enimverò tutor testamento datus posthumo, antequàm
posthumus fuit editus, non est tutor, sed negotiorum gestor.
l. si nemo. 19. §. testamento. 2. ff. de test. tut. Duaren. d. loc. Adhæc au-
tem notentur, quòd tutores à testatore aut liberis aut posthu-
mis dati, non solùm & filiis & filiabus dati censeantur, verùm
etiam nepotibus, sive post testatoris mortem quocunque gra-
du natis, *§. si quis filiabus. ult. Inst. qui test. tut. dar. poss. ibiq; Mynsing.*
n. 7. & l. quid si nepotes. 6. ff. d. tit. de test. tut. Hunn. in Treutl. b. disp.
ih. 2. lit. C. quæst. 10. sive post testamentum conditum vivo eo edi-
tis, quia & hi usu juris sunt posthumi. *l. si quis ita. 16. §. ult. ff. d. tit.*
gloss. in rubric. C. de posthum. hered. instit. ubi quinq; modis fit post-
humus. Bocerus class. 2. d. disp. 14. th. 25. Hug. Donell. d. lib. 3. comm.
cap. 4. Quòd si etiam filiis testator dederit, & filiabus, & post-
humis dedisse certum sit. *ex d. §. si quis filiabus. ult. Inst. d. tit. & l.*
si quis filiabus. 5. cum d. l. si quis ita. 16. in pr. ff. d. tit. l. nomen filiarum.
164. ibiq; Gœdd ff. d. V. S. An autem & nepotibus? Intricata ad-
modum & spinosa est inter Dd. controversia; nos communi
opinionem, ut tam LL. quàm rationibus convenientiori pal-
mam dando negamus *per express. text. in d. §. ult. versic. quòd si ne-*
potes. Inst. qui test. tut. d. p. & d. l. quid si nepotes. 6. ff. de test. tut. cum

C

Donell,

Donell. d. cap. 4. Mynsing. Vult. atque Ant. Matth. in notis ad d. §. ult. Bronchorst. cent. 1. assertat. 18. Jul. Pac. §. enant. q. 72. Gædd. in l. filii. §. 4. l. iusta. 201. & l. liberorum. 220. ff. de V. S. ubi vide. Treutl. d. disp. tb. 2. lit. C. Hænon. controvers. 7 C. disp. 3. tb. 4. quia filiorum & filiarum appellatione continentur propriè illi tantùm, qui ex me atque uxore mea nascuntur, non etiam qui ex filiis & filiabus, ut sunt nepotes & neptes, gignuntur. l. filium. 6. ff. de his qui sui vel alien. jur. sunt. Dd. in l. Gallus. ult. §. quidam. 1. ff. de lib. & posthum. Bocer. d. disput. 14. tb. 24. nisi ex identitatis æquitatisq; ratione vel loquentis voluntate ad ulteriores gradus per extensivam interpretationem trahere oporteat. Gædd. ad d. l. filii. §. 4. n. 2. & quidem contra verbi proprietatem, quam tamen hic locum habere nulla ratio suader, cum aliàs à lege & Magistratu liberis satis sit consultum, vid. Bachov. in Treutl. ad d. tb. 2. & lit. C. atque in materia exorbitante filiorum appellatione nepotes non contineantur. Valent. Forster. lib. 4. cap. 6. n. 17. & 20. lib. 5. cap. 7. n. 2. & lib. 7. cap. 6. n. 4. cum seq. de success. qua ab intest. defer. quem omninò vide. Illud extra controversiam est, tutorem filiis a testatore datum, non censi datum ei, quem se habere ignoravit, puta quem pater fortè mortuum putabat, per express. text. l. si quis ita. 16. §. si quis. 3. ff. de test. tut. quia de eo, quem ignorabat, ne quidem cogitasse, multò minùs sensisse potuit, cum verba ad illa, de quibus cogitatum, restringenda, dicente Papi- niano in l. cum Aquiliana §. & Ulpiano in l. qui cum tutoribus. 9. §. pen. & ult. in fin. ff. de transact. ac testatoris voluntas faciat, quòd in testamento scriptum valeat. l. ex facto. 35. §. rerum. 3. in pr. ff. de hered. instit. ibiq; Gothofr. l. si mihi. 12. §. in legatis. ult. in fin. ff. de legat. 1. Donell. d. cap. 4. Treutl. d. tb. 2. lit. C. in fin. & Hænon. d. disp. ff. 7. tb. 2. lit. C. in fin. Tutoris verò dationem filio factam, cum quis plures habeat filios, omnes etiam reliquos comprehendere pater, ex d. l. si quis ita. 16. §. 1. ff. de test. tut. his adde Hillig. in Don. Enucl. d. cap. 4. lit. N. in not. & è diverso, si testator filiis suis tuto- rem scripserit, atque unicum tantùm reliquerit, eo casu plura- litatem, licet proprietas verborum (à qua tamen in dubio non recedendum, l. non aliter. 67. in pr. ff. de legat. 3.) repugnet, in sin-
gulari

gularitatem resolvi tradit Montanus *d. tr. cap. 12. n. 22.* quem vide per totum, ubi de omnibus ac singulis modò dictis quæ rationes quæ allegatæ offenduntur.

(e). *§. impuberes. pen. Inst. de Attil. tut.* Nam puberes tutorum directione non indigent, sed sub curatione sunt, Mynsing. *ad d. §. permissum. 3. Inst. h. tit. n. 4.* quibus etiam si tutor detur, inutilis est datio; cum tutela pubertate finiatur. *in pr. Inst. quib. mod. tut. fin. §. l. 1. C. quand. tut. vel curat. esse desin. vid. supra th. 4. lit. H.*

(f). *d. §. permissum. 3. ibiq. Dd. Inst. h. tit. d. l. 1. in pr. ff. de test. tut. d. l. moribus. 2. in pr. ff. de vulg. & pupill. substit. §. l. quò tutela. 73. §. nemo. 1. ff. de R. J.* Nec solum modò heredibus institutis, sed etiam exheredatis, *l. pater. 4. l. si hereditas. 10. §. qui filium. 2. in fin. l. jure nostro. 26. §. ult. §. l. si pater. 31. ff. de test. tut. l. avia. 77. §. pater. 3. in pr. ff. de condit. & demonstrat. Duaren. ad d. tit. ff. de test. tut. d. cap. 2. Philipp. Match. ad d. l. quò tutela. 73. §. nemo potest. 1. ff. de R. J.* cum exhereditatio jus suitatis non extinguat, quia exhereditatus retinet jura sacrorum, *l. vel quod. 6. ff. de religios. & sumpt. funer. familiae, agnationis & consanguinitatis, l. nati. ult. ff. unde legit. l. 1. §. consanguineos. 10. ff. de suis & legit. hered. nomenq; sui heredis. l. §. si. 6. §. si filius. 2. ff. de bon. libert. l. si ve ingenua. 2. §. sed si. 8. in fin. ff. ad SC. Tertyll. plures vide rationes apud Anton. Fabr. lib. 9. conjectur. cap. 20. Hotom. lib. 9. obs. 10. Val. Forst. in tract. de succ. ab intest. lib. 2. c. 18. n. 4. Val. Gu. Forst. in tract. justin. p. 1. disp. 13. th. 30.* Et licet propter injustam vel exheredationem vel præteritionem testamentum impugnetur: tutoris tamen constitutio ipso jure & legis auctoritate valet, cum ex causa exheredationis vel præteritionis irritum sit testamentum, quantum ad heredum institutiones, cætera verò firma permaneant. *Auth. ex causa. C. de lib. præterit. vel exhered. Schneid. ad d. §. permissum. 3. Inst. h. tit. Montan. d. tr. cap. 8. n. 6.* Si igitur pater filio suo aut emancipato aut potestate patria quocunque modo liberato, ut & naturali (cui tamen semper aliquid relictum esse oportet, *l. naturali. 7. in pr. ff. de confirm. tut. l. naturalibus. ult. C. eod.*) tutorem testamento dederit, is tutor sine inquisitione est confirmandus. *§. ult. Inst. h. tit. ibiq. Welemb. & Mynsing. d. l. 1. §. 1. §. l. si filio. 6. ff. d. tit. de confirm. tut.* Nisi mu-
rata

gata fuerit causa, propter quam tutor ille datus est; veluti si ex amico inimicus, vel ex divite pauper factus sit, vel cum fisco aliquem contractum damnosum miscuerit: tunc enim cum inquisitione fieri debet confirmatio. *d. l. pater. 4. in fin. ff. de test. tut. & l. in confirmando. 8. cum l. seq. ff. de confir. tut.* Proinde etiam in tutelis testamentariis non secus ac in legatis novissimam voluntatem spectandam esse statuimus. *per l. tutor. datus. 8. §. ult. & d. l. si hereditas. 10. §. in tutelis. 1. ff. de test. tut. & l. si mihi. 12. §. in legatis. ult. ff. de legat. 1.* Spuriis autem nunquam tutor dari potest, cum filiorum nomen non mereantur. *gloss. in l. i. verb. parentibus. ff. de test. tut.*

(g) Ex quo etiam nomen invenit, *Vult. lib. 1. Jurisprud. Rom. cap. 25. n. 62.* & ex quo adita est hereditas saltem ab uno herede: *l. si nemo. 9. ff. d. tit.* quia nondum adita hereditate, ex qua tutor speratur, alius tutor dari potest, quasi nondum sit nec speretur. *per l. si hereditas. 10. in pr. ff. eod.* qui tamen tutor interim datus est temporarius, cum statim atque heres scriptus existit, tutor esse desinat. *§. sed & si. 1. Inst. de Attil. tutor.* Sin autem adita sit hereditas ex eo testamento, quo tutor datus est, retrotrahitur aditio ad id tempus, quo testator est mortuus, ut ab ipso testatore protinus atque immediatè tutela proficiscatur, non ab herede, qui ipse tutor dari potest. *Bart. & gloss. in l. tutores. 7. ff. d. tit. ubi Duaren. d. cap. 1. Donell. d. cap. 4.* Vel Codicillis in testamento sive expressè sive tacitè confirmatis, *l. testamento. 3. juncta gloss. ff. de test. tut.* hodie enim codicilli semper in testamento tacitè confirmari videntur. *§. non tantum. 1. Inst. de codicill. Schneid. & Mynsing. ad d. §. permissum. 3. Inst. h. tit.* Nec refert, an unus in testamento, alter in codicillis sit datus, nam uterque tutelæ munere fungitur, favore pupillorum, quibus expedit plures habere tutores; nisi vel testamentarium testator, alium codicillis dando, reprobaverit, vel solum testamentarium approbaverit. *l. & si à patre. 2. C. de test. tut. Montan. d. tr. cap. 8. n. 13.* Datus autem tutor sive in testamento imperfecto vel minùs solenni, sive in epistola, sive in codicillis testamento non confirmatis, sive etiam ab intestato, in codicillis scilicet factis, nullo condito testamento, non est, ut non jure & minùs solen-

solenniter datus, rejiciendus, sed à prætorè citra inquisitionem confirmandus. per *l. jure nostro. 26. §. ult. & l. si pater. 31. ff. d. tit. l. 1. §. sunt quidam. 1. in fin. cum l. qui à patre. 3. ff. de confirm. tut. vel curat. l. neque. 2. & ibi Bald. C. eod. Schneid. & Mynsing. jam allegat. loc. Montan. d. cap. 8. n. 7. & seqq. Treutl. d. th. 2. lit. E. Quæ tamen confirmatio pro tribunali interponatur, *l. naturali. 7. in fin. ff. d. tit. de confir. tut.* quia neque decretum de plano interponi, neque causâ cognitâ quicquam alibi, quàm pro tribunali dari stativè potest. Ulp. in *l. bona autem. 3. §. pen. in fin. ff. de bonor. possess. Donell. d. lib. 3. comm. cap. 5.* Hinc denique controversia suboritur longè intricatissima; an tutores sic confirmati sint dativi, an verò testamentarii dicendi? Nos hic à communi Dd. sententia, quâ pro dativis potius, quàm pro testamentariis habentur, recedentes statuimus, hos quidem propriè neque dativos neque testamentarios esse, magis tamen & rectius pro testamentariis quàm dativis habendos, quoniam se, sicut testamentarii, excusare possunt, *l. 1. C. de confirm. tut. & se excusantes à tutelæ munere legatum perdunt, l. Nescennius. 32. in fin. ff. de excusat. nec satisdare coguntur, pr. Inst. de satisdat. tut. vel curat. l. mulier. 2. l. qui à patre. 3. & l. ult. in fin. ff. de confirm. tut. vel curat.* sed legitimis etiam tutoribus præferuntur. vid. Montan. d. tr. cap. 13. per tot. Donell. d. cap. 5. in fin. & ibi Hillig. in notat. lit. D. Mynsing. ad §. ult. Inst. h. c. n. 9. & seq. Ant. Matth. in not. ibid. Gothofr. ad d. l. Nescennius. 32. ff. de excusat. lit. B. & seqq. Gædd. ud l. lege. 130. ff. de V. S. n. 4. Val. Guil. Forst. d. tractat. justin. part. 1. disp. 4. th. 6. ubi plures adjiciuntur rationes.*

(h). Tutores autem (qui subjectum seu materiam in qua constituunt) testamento dari possunt non modò (1.) Patres-familiàs, per express. text. in *pr. Inst. qui test. tut. dar. poss. juncto prin. Inst. de excusat. tut. vel curat.* cum quibus tamen testamenti factio est. *l. testamento. 21. ff. de test. tut.* sed & (2.) filii familiàs, d. *pr. Inst. d. tit. qui test. t. d. p. ibiq. Wesemb. & Ant. Matth. in not. l. si filius familiàs. 7. ff. h. tit. de tut. l. filiusfam. 9. ff. de his qui sunt sui vel al. jur. l. Lucius Titius. 21. ff. de administr. & peric. tut. & curat.* licet illi alienæ nimirum patriæ potestati sint subjecti, atque

ideo alios in sua potestate habere non posse videantur. per l. sic
eveniet. 21. ff. ad L. Jul. de adult. In publicis enim muneribus (cu-
jusmodi est tutela, ut liquet ex prin. Inst. de excusat. tut. vel curat.
ubi gloss. in verb. publicum munus. & l. non tantum. 17. §. eos qui. 2.
in fin. ff. eod. respectu tamen causæ efficientis, & ratione necessi-
tatis, quâ publica autoritate invitis etiam imponitur; nam
respectu ipsius finis est privatam, quia ad privatam pupilli uti-
litatem directum atq; accommodatum est. l. si duas. 6. §. tutela. 9.
15. & d. l. non tantum. 17. §. is qui 4. ff. de excusat. l. honor. 14 §. mu-
nus. i. ff. de muner. & honor. l. pupillus. 239. §. munus. 3. ff. de V. S. We-
semb. ad d. prin. Inst. de excusat. tut. vel curat. n. 5. Jul. Pacius cent. 5.
enant. q. 81. Bachov. ad Treutl. d. disput. th. 1. lit. E. in fin.) filii fami-
liâs pro patribus fam. habentur, ibique patria potestas non at-
tenditur; d. l. filiusfamiliâs. 9. ff. de his qui sunt sui vel al. jur. l. item
eorum. 6. in pr. ff. quod cuius. univers. nom. & c. l. in privatis. 77. cum l.
seq. ff. de judic. l. nam quod. 14. in pr. ff. ad S. C. Trebell. cum publica
â privatis declinari nequeant: l. si ad Magistratum. 18. C. de decurion.
lib. 10. ita, ut etiam filiusfamiliâs tutorio nomine ipsum patrem
sine Prætoris permisso in jus vocare possit, per l. quæstum. 16. ff.
de in jus voc. quod aliâs ob reverentiam paternam non potest.
l. quiq; 4. §. Prætor. ait. 1. ff. eod. & l. ult. C. eod. Mynsing. ad pr. Inst. qui
test. tut. d. p. n. 2. & 3. Atque hæc quæ de filiisfam. diximus, etiam
in (3) matribus filiabusfamiliâs procedere putamus cum Mon-
tano d. tr. cap. 9. n. 7. (4) Servi proprii, sive darentur cum liber-
tate, sive sine libertate expressa, §. sed & servus. 1. instit. d. tit. qui test.
1. d. p. & ibi Ant. Marth. in not. arg. §. idemq; juris. 2. inst. qui & quib. ex
caus. manum. non lic. l. quidam. 5. in pr. versic. cum igitur. C. de necess.
serv. hered. instituend. quia ad concessionem unius expressam,
videntur tacite concessa & illa, sine quibus expressa concessio
esset inutilis: Alexand. de Imol. ad l. cui jurisdictio. 2. ff. de juris-
dict. nec est putandum aut verisimile, testatorem hos servos
proprius in servitute remanere voluisse; quippe cum servi,
quandiu sunt servi, tutores esse nequeant, per l. si quis. 22. ff. de
test. tut. quoniam, quod ad jus Civile (ex quo etiam est tutela)
attinet, pro nullis habentur. l. quod attinet. 32. ff. de R. L. Idcirco
tuto-

tutores à testatore purè seu simpliciter, omiſſa libertatis men-
tione, dati directam conſequuntur libertatem. *text. expreſſ. in*
d. §. ſed & ſervus. 1. Inſt. qui teſt. tut. dar. poſſ. & l. qui tutelam. 28. §.
verbis. 1. cum l. quero. 32. §. Lucius. ult. ibi, liberum ab adita heredi-
tate eſſe, ff. de teſt. tut. Val. Guil. Forſt. d. tract. juſt. p. 1. diſp. 4. th. 7. vide
Donell. d. libr. 3. comm. d. cap. 4. in ſin. ad objectas ll. reſpondentem,
& Hillig. in eund. notata, nec non Hunn. in Treutl b. diſput. queſt. 15.
ubi varias Dd. opiniones perlegere licet. Non verò dati ſub illa
conditione, cum liberi erunt; d. §. 1. verſ. proprius autem. Inſtit. qui
teſt. tut. dar. poſſ. quod enim in noſtra eſt poteſtate, in caſum
conferri non debet. l. quia ratio. 22. ff. de condit. inſtit. & cum teſta-
tor libertatem dare potuerit, nec dedit, hoc ipſo declarat, ſe
nolle ſervum fieri liberum. Donell. d. loco & Dd. communiter.
(5) Servi alieni tam purè, quàm ſub conditione, cum liberi
erunt, tutores rectè conſtituuntur. d. §. 1. verſ. ſervus autem, Inſt.
qui teſt. tut. d. p. ad quem Weſemb. lit. F. Mynſing. n. 2. Vult. n. 4.
Hotoman. in verb. inutiliter. & c. Nam ſi purè dati fuerint, &
tunc prædicta libertatis conditio ineſſe, ſeu cum tutela ſimul
etiam libertas illis à teſtatore (niſi ejus voluntas maniſteſtiſſi-
mè refragetur, l. ſi hereditas. 10. §. ſervus alienus. ult. in ſin. ff. de teſt.
tut. cum l. & ſi non adſcripta. 9. in ſin. C. de fideicom. libert.) relicta
cenſetur, cum nemo, niſi homo liber, tutelam gerere poſſit;
d. l. ſi quis. 22. ff. de teſt. tut. & quidem fideicommiſſaria, per d. l. ſi
hereditas. 10. §. ſervus alienus. ult. ibiq; Bartol. ff. eod. & d. l. & ſi non
adſcripta. 9. C. d. tit. quia ſervo alieno directa libertas teſtamen-
to relinqui nequit, §. libertas quoq; 2. verſ. qui autem. & ibi We-
ſemb. Inſt. de ſing. reb. per fideicom. rel. l. ſervo. 9. C. de teſtam. ma-
numiſſ. Duaren. ad d. tit. ff. de teſt. tut. cap. 3. Donell. d. cap. 4. Bocer.
d. claſſ. 2. diſp. 14. th. 16. Ut autem ſervus ſive proprius ſive alie-
nus tutor utiliter detur, neceſſe eſt, ut teſtator ejus conditio-
nem ſciat; ſi enim tutorem dederit ſervum, quem putabat li-
berum, nec tutor ſervus erit, nec liber. d. §. 1. verſ. planè ſi per erro-
rem. Inſtit. d. tit. d. l. ſi quis tutorem. 22. ff. de teſt. tut. l. generaliter. 24. §. ſi
quis. 9. ff. de fideicom. libert. d. l. & ſi non adſcripta. 9. C. eod. (6) Fu-
rioli ceſſante furors, & (7) Minorenes cum ad legitimam

etatem, i. e. 25. annum pervenerint; *furius. 2. inst. qui test. tut. d. p. ubi Dd. omnes, l. furiosus. 11. ff. b. tit. de tut. d. l. si hereditas. 10. §. si furiosus. 3. cum d. l. quero. 32. in fin. ff. de test. tut. ne verò pupillus interim negligatur, alius tutor eum defensorus medio tempore à Magistratu est dandus. §. sed & si. 1. inst. de Attil. tutor. ibiq; Mynsing & Dd. l. si quis sub conditione. 11. in pr. ff. d. tit. Duaren. ad b. tit. ff. de tut. cap. 4. Wesemb. & Mynsing. ad d. §. furiosus. 2. inst. d. tit. Vultejus ad pr. ejusd. tit. n. 4. Cujac. in not. Inst. de fiduciar. tut. in fin. Imò omnes, cum quibus est testamenti factio: d. l. testamento. 21. ff. de test. tut. ibiq; Wesemb. in π. n. 2. Vult. ad d. pr. Inst. qui test. tut. d. p. n. 1. & in Jurisprud. Rom. lib. 1. cap. 25. n. 77. cum seq. sive sint Reges, sive Principes, sive nobiles, sive plebeji, sive divites, sive pauperes, sive bonæ famæ, sive infames, Wesemb. in π. hie. n. 5. per ibid. allegat. ll. & Dd. Istis tamen exceptis, qui à tutelæ administratione vel natura vel lege arcentur, in quorum numero est mulier, quæ regulariter tutrix esse nequivit; quoniam tutelam gerere munus masculinum est, l. tutela. 16. in pr. ff. de tut. l. jure nostro. 26. in pr. ff. de test. tut. l. 1. C. quand. mut. tut. offic. fung. pot. nisi specialiter à Principe filiorum tutelam impetraverit, l. ult. ff. b. tit. de tut. simulque præstito juramento secundis nuptiis, Scto Vellejano atq; omnibus aliis suis beneficiis & auxiliis renunciaverit l. matres. 2. cum l. ult. C. d. tit. Hodie tamen hæc aliquantisper sunt correctæ, adeò ut mater atq; avia à patre liberis tutrices securè dari possint: Imò licet in testamento ipsis non deferatur tutela filiorum non solùm legitimorum, sed & naturalium; nihilominus tamen possunt tutelam administrare, atque omnibus tutoribus, exceptis testamentariis, præferri: *Auth. matri & avia, cum d. l. ult. C. eod. Nov. 118 cap. ex his autem. 5. vers. Mulieribus enim. etiamsi liberorum creditrices aut debitrices sint, Auth. ad hæc. C. eod. nec juratò, sed simpliciter apud astra judicii secundis nuptiis, aliisque juris auxiliis renunciaverint. Auth. sacramentum. C. eod. Nov. 94. cap. 2. vers. propterea. Schueid. Inst. qui test. tut. d. p. n. 10. & seqq. Atque hæc saltem in matre & avia obtinent, quoad alias verò fœminas jura antiqua manent incorrecta; non enim fœminæ extraneæ pupil-**

pupillis tutrices dari possunt. *d. Auth. matri & avia. & l. i. C. d. i. ff. de R. I. Treutl. d. disp. th. 3. lit. D. Hænon. disp. ff. 7. th. 4. lit. B. cum multis ibidem allegatis.* Item miles, *§. idem. 14. Inst. de excus. tut. vel curat. l. sed & milites. 8. ff. eod. l. militia. 4. C. qui dar. tut. vel curat. poss. cæcus, l. luminibus. 3. C. eod. l. frater. 9. C. de excus. tut. vel curat. surdus, mutus, furiosus, fontico morbo laborans, l. i. §. 2. & 3. l. pen. ff. h. tit. de tut. l. pen. §. ult. ff. de legit. tut. l. un. C. qui morb. se excus. & multi alii, de quibus videtur Welesbec. in *ff. de tut. n. 5. Schneidvv. Inst. d. loc. Vult. lib. 1. jurisspr. Rom. d. cap. 25. n. 13. & seqq.**

(i). Quod denique de modo dandi tutores testamento dicendum restat, sciendum, testamentariam tutelam hoc habere præcipuum, quod tutores vel ad certum tempus, vel ex certo tempore, vel purè, vel sub conditione, vel usque ad certam conditionem, vel ante heredis institutionem, testamento dari possunt; *§. ad certum tempus. 3. ibiq. Mynsing. & Dd. Inst. qui test. t. d. p. §. sed etsi. 1. Inst. de Attil. tut. l. tutor. 8. §. sed si. 1. & seq. d. l. si hereditas. 10. in pr. d. l. si quis. 11. in pr. cum l. tutoribus. pen. ff. de test. tut. l. tutor. 3. §. idem erit. 7. ff. de suspect. tut. & curat. Duaren. ad d. tit. ff. de test. tut. c. 4. vers. tutor autem.* qua conditione aut die pendente alii tutores à Magistratu pupillis interim dantur, qui conditione existente aut die veniente tutores esse desinunt. *d. §. sed etsi. 1. Inst. de Attil. tut. dd. pr. l. si hereditas. 10. & l. seq. ff. de test. tut.* Hisce autem modis tutores à magistratu dari nequeunt, per *l. tuto. 6. §. sub conditione. 1. ff. h. tit. de tut. in qua datio tutoris sub conditione nullius momenti esse dicitur.* Ratio diversitatis est, quod Attiliana tutela sit actus judicialis, qui in suspenso stare non potest, *l. non quemadmodum. 35. ff. de judic. & legitimus, qui diem vel conditionem non recipit. l. actus legitimi. 77. ff. de R. I.* Testamentaria verò tutela à lege certâ formâ non detur, sed tantùm permittatur, ut testator pro suo arbitrio liberis suis tutores ordinet. *Nov. 22. cap. secundum verò. 2. vers. uti legasset. l. lege obvenire. 130. ff. de V. S.* Deinde si testator tutorem sub conditione det, quod alius tutor medio tempore detur, *d. l. si quis. 11. in pr. ff. de test. tut.* quoniam hominis defectum judici supplere liceat. *l. omnia. 11. ff. de offic. præsid.* Sin autem

D

magi-

Magistratus tutorem conditionaliter constituat, tunc nemo sit, qui post eum vacantis tutelæ tempora, seu hoc factum dubium atque incertum suppleat. *arg. l. neque. 5. C. qui dar. tut. vel curat. poss.* Adde Donell. *d. lib. 3. comm. cap. 7.* Et tandem nihil interest, quibus verbis testamento tutores dentur, *l. ult. C. de testam. tut. Duar. d. loc. vers. tractatur etiam.* Verum enim verò certarum rerum vel causarum testamento dari non possunt: Et si dati fuerint, tota datio nihil valebit, quia personis, non rebus vel causis datur: *l. certarum. 12. cum l. seqq. ff. de test. tut. §. certæ autem. 4. Inst. qui test. tut. d. p. nisi latè diffusum sit pupilli patrimonium, quod ab uno tutore commodè administrari nequeat.* Eo enim casu alius, verbi gratia, sitis rebus in Silesia, alius rebus in Bohemia, tutor dari potest. *l. si tamen. 15. ff. eod. ubi Dd. l. pupillo. 27. in pr. ff. de tut. & curat. dat. ab his &c. Duaren. d. loc. in fin. Jul. Pac. cent. 5. enant. q. 73. Treutl. d. disp. th. 2. lit. K. Bocer. d. disp. 14. th. 22.*

VII.

Legitima (a) est, quæ deficiente tutore testamentario (b) proximis agnatis (c), secundum gradum (d), quo ad hæreditatem vocantur, vel verbis (e), vel mente L. 12. Tab. (f), vel simili ratione (g) deferatur.

(a). Hæc tutela dicitur legitima, non quòd testamentaria & dativa non etiam lege obvenire dicantur; *l. lege obvenire. 130. ff. de V. S.* sed quia testamentaria directò & mediatè, nimirum per voluntatem hominis testamento declaratam, deferatur: hæc autem immediatè sine facto hominis, vel iudicis, vel testatoris ex lege sit, & *ναλ' ἐξ οχρῶν* legitima dicatur. *l. legitimos. 5. ff. de legit. tutor.* Legem enim excellentiæ vel eminentiæ causâ, L. 12. Tab. intelligimus, ut sæpe aliàs à juris nostri autoribus fieri solet. ut in *l. usucapio. 3. ff. de usurpat. & usucap. l. intra dies. 7. ff. de re iudicat. Vult. ad prim. Inst. de legitim. agnat. tut. & ad prim. de heredit. quæ ab intest. defer. ibidemq; Schneidvv. num. 2. & 15. Gædd. ad d. l. 130. n. 2. & seqq.*

(b). Hic enim quamdiu speratur, legitimo locus non est,
per

per ea quæ supra tradita sunt in th, 5. lit. B. ad successionis similitudinem. Nam tamdiu successio ab intestato locum non habet, quamdiu ex testamento hereditas adiri potest. l. quamdiu. 89. ff. de R. I. Idque fit propter electionem factam à patre, de quo lex plurimum confidit, & ipsius voluntatem præponendam statuit, in princ. Inst. de satisfact. tut. vel curat. arg. §. sed olim. 2. vers. nostra autem. Inst. de legat. Auth. matri & avia. C. quando mul. tut. offic. fung. pot. cum & voluntas testatoris lex dicatur. Nov. 22. cap. secundum verò. 2. in prin. Deficit autem tutela testamentaria tunc, cum prædefunctus vel omninò non fecit testamentum, vel quantum ad tutelam pertinet, intestatus decessit, id est, quando testamentum quidem fecit, tutores verò in eo liberis non constituit: Vel tutor in testamento scriptus ante testatorem filio adhuc impubere est mortuus, §. quod autem. 2. Inst. de legit. agnat. tut. l. intestato. 6. ff. de legit. tutor. l. intestatus. 64. ibiq; Gædd. ff. de V. S. vel in civitate esse desit. d. l. si quis sub conditione. 11. §. planè. 4. ff. de testam. tut. Schneidvv. ad prin. Inst. de legit. agnat. tut. adde Montan. d. tract. cap. 16.

(c). Sive uni, sive pluribus pariter, qui in eodem gradu sunt. l. si relinquero. 8. cum l. seq. ff. de legitim. tut. §. cum autem. fin. Inst. de capit. diminut. Dicuntur autem agnati, qui per virilis sexus personas cognatione juncti sunt, quasi à patre cognati; Veluti frater ex eodem patre natus, fratris filius, neposvè ex eo: item patruus, ejusq; filius neposvè ex eo &c. qui idem gentilitatis nomen, eandem familiam, & easdem imagines seu insignia habent, vulgoq; die Schwerdmagen appellantur. Atque ita agnatio per mares seu sexum masculinum, cognatio verò per fœminas seu sexum fœmininum in specie contingit, sicuti apparet ex §. sunt autem. 1. ibiq; Dd. Inst. de legitim. agnat. tut. §. sunt autem. 1. Inst. de legit. agnat. success. l. sunt autem. 7. ff. de legit. tut. l. jurisconsultus. 10. §. nomen. 1. cum seqq. ff. de grad. & adfinib. l. post consanguineos. 2. §. agnati. 1. ff. de suis & legit. hered. Mynsing. ad pr. Inst. de legit. agnat. tut. num. 3. & seq. Ad hæc vid. Montan. d. tract. cap. 15.

(d). Quia ut in successioneibus, ita & in tutelis lex vocans agnatos, semper intelligitur eos vocare salvâ gradus prærogati-

vā, uti notant Dd. ad d. §. final. Inst. de capit. diminut. per l. si plures. 9. ff. de legit. tutor. Ideo autem solis agnatis L. 12. Tabb. de iere-
batur tutela, quia & soli exclusis cognatis ad successionem vo-
cabantur; tot. tit. Inst. de legit. agnat. su. xēp. nunc verò ubi succes-
sionis est emolumentum, ibi & tutelæ onus esse debet. §. un. Inst.
de legit. patron. tut. l. secundum naturam. 10. l. quò tutela. 73. in prin. ff.
de R. I. Et summā providentiā constitutum esse refert Ulpian.
Ictus in l. 1. in prin. ff. de legit. tut. ut qui sperarent pupilli succes-
sionem, iidem tuerentur etiam ejus bona, ne dilapidarentur. Ho-
die verò cum jus succedendi mutatum sit jure communi, sub-
lata est differentia inter agnatos & cognatos tam quoad tute-
lam, quàm quoad successionem in allodialibus, ita ut non mi-
nùs cognati, perfectæ ætatis & proximioris gradus, quàm agna-
ti succedant, & per consequens onus tutelæ agnatorum & co-
gnatorum suorum, qui pupilli sunt, subire cogantur. uti patet ex
Novell. 118. cap. ex his autem. 5. ibiq. Cujac. Auth. sicut hereditas. C. de le-
git. tut. Wesemb. in x. ff. de legit. tut. num. 2. & ad d. §. sunt autem. 1.
Inst. de legit. agnat. tut. Donell. d. lib. 3. comm. cap. 6. Schneidvv. ad
princ. Inst. de legit. agnat. tut. n. 10. ibiq. Vult. n. 7. Duaren. in comm.
ff. de legit. tut. cap. 1. Mynsinger. Inst. d. fiduc. tut. n. 5. Hinc cautum
est lege Imperiali, ut proximus agnatus tutor & administrator
sit Electoralis heredis impuberis & minoris usque ad annum æ-
tatis decimum octavum. Neque per testamentum hoc jus agna-
to auferri potest: cum eam tutelam Electoratus testator suo ju-
re non habeat, sed legis beneficio, munus legis sit, & publici
juris dicatur, per Aur. Bull. Carol. IV. cap. von succession vnd Nach-
kommen der Churfürsten. 7. Bocer. class. 2. d. disp. 14. th. 28. & seq.
Schönborn. lib. 2. polit. c. 14. Gædd. ad l. verbis legis. 120. ff. de V. S. in
fin. Treutl. d. disp. 8. th. 3. lit. A. in fin. Hænon. d. disp. ad ff. 7. th. 4. in
fin. & alii.

(e). Ut agnatorum, de qua diximus, hæc enim speciali-
ter & nominatim à lege defertur. d. l. 1. & d. l. legitimos. 5. in pr. ff. de
legit. tut.

(f). Qualis est tutela patronorum. Hæc enim ex senten-
tia seu mente L. 12. Tabb. non verò ex verbis datur. tot. tit. Inst. de
legit.

legit. patron. tut. ubi Wesemb. in rubr. & Mynsing. in prin. l. tutela. 3. in pr. ff. de legit. tutor. l. nominis. 6. §. verbum. 1. ff. de V. S. Nam quia lex ad successionem libertorum patronos vocat, videtur etiam patronis dare tutelam libertorum, licet hoc non dicat. Vult. *Instit. eod.*

(g). Ut parentis qui liberos emancipatos impuberes tueretur. Atque hæc datur neque ex verbis, neque ex sententia legis, sed ex interpretatione Istorum propter identitatem rationis, respectu habito à patrono ad parentem. *tot. tit. ibiq.* Vult. *Inst. de legit. parent. tut.* Niciasius *de legit. agnat. tut. in prin.* Huic adjungitur & quarta species, quæ dicitur fideicommissaria, & datur nec ex verbis; nec ex sententia legis vel identitate rationis, sed propter fiduciam & charitatem præsumptam. *tot. tit. Inst. de fiduc. tut.* Atque hæc duæ species dicuntur saltem quasi legitimæ. *l. tutela. 3. §. fin. ff. de legit. tutor.* Vult. *d. loc. Treutl. d. th. 3. lit. H.* Hodie novè jure Codicis sublatum est patriæ potestatis & emancipationis discrimen, adeo, ut fratres adhuc in potestate patria existentes sint legitimi heredes fratrum emancipatorum, & contra emancipati sint heredes in patria potestate existentium, *Auth. cessante. cum l. meminimus. 15. §. cum igitur. 1. & §. quis autem. 4. C. de legit. hered. Nov. 118. cap. nullam. 4. cum seq.* & fratrum tutela non fiduciaria sed legitima agnatorum tutela dicatur. *l. frater. 4. C. de legit. tut.* Unde patet hodie duas tantum esse species legitimæ tutelæ, agnatorum scilicet & patronorum, cum sub prima comprehendantur etiam parentes & fratres filiorum ac fratrum emancipatorum, sublata patriæ potestatis atque emancipationis differentiâ, sicuti jam per jura allegata dictum est. *Schneidvv. ad tit. de fiduc. tut. num. 3. Bocer. d. disp. 14. th. 32. & seq. Vult. Inst. de legit. parent. tut. in fin. Treutl. d. disp. 8. th. 3. lit. H.*

IIX.

Dativa (a) est, quæ à Magistratu (b) per actum legitimum (c), secundum jurisdictionis suæ modum (d) decernitur impuberi vel pupillo (e), ad petitionem vel matris (f) vel proximorum consanguineorum (g), tutoribus

toribus aut testamentariis, aut legitimis non extantibus
(h) vel deficientibus (i).

(a). Ita nominatur in *l. dativus. 7. ff. rem pupill. salv. for. l. generaliter. 52. C. de Episcop. & Cler. l. fin. C. de legit. tut.* respectu testamentariae, quae licet & ipsa dativa sit, tamen quia peculiare nomen est adeptae, haec dativae appellationem retinuit. Vocatur quoque honoraria à Magistratu, qui in jure nostro honor dici solet, ut patet ex *§. Praetorum. 7. Inst. de I. N. G. & c. Vult. jurispr. Rom. c. 25. n. 98.* qui Magistratus eam dare solet permissu legis vel potius juris, quia non tam legem hodie spectamus, quam Imperatorum constitutiones. *§. nos autem. 5. Inst. de Attil. tutor. ibiq. Vult. in prin. tit. num. 1. Cujac. in ∞ . ff. de tut. & curat. dat. ab his & c.* Item Attiliana, uti videre est ex *rubr. tit. Inst. de Attil. tutor.* ab Attilio Regulo Tribuno plebis, qui primus (ut quidam putant) de dando tali tutore legem constituit. *Francis. Balduin. & Schneidvv. ad prin. Inst. eod. tit. Anthon. Augustin. in tract. de LL. & SCtis. in verbo Attilia.*

(b). Non omni, sed ab eo tantum, cui hoc specialiter vel à SCro, vel Principe est concessum seu demandatum. *d. l. mutata. 6. §. tutoris. 2. ff. h. tit. de tut. & ut supra in tb. 4. in fin. dictum.* Ac primo omnium olim in urbe Romana hoc licitum erat Praetori urbano ex *L. Attilia*, & majori Tribunorum parti: In provinciis ex *L. Julia & Titia*, Praesidibus. Deinde his legibus, cum viderentur esse imperfectiores, successerunt Principum constitutiones, quarum prima fuit Claudii Imperatoris, quae hoc concedebatur Consulibus in personis Senatoriis: Postea constitutio Marci Antonini, quae Praetor peculiaris fuit constitutus ad hoc, ut daret tutores praeter Senatorios ceteris, qui ob id Praetor tutelaris dicebatur: ut *Capitolinus in vita Antonini testatur.* Eademque constitutione additum est, ut satisfactio, id est, cautio, rem pupilli salvam fore, exigeretur, & tutores ad administrationem compellerentur. *Suetonius in vita Claudii cap. 23. §. sed ex his. 3. Inst. de Attil. tutor.* Ceterum constitutionem Antonini paulo post iussit consuetudo, quae Romae tutores dati fuerunt vel à Praefecto Urbi, nimirum Illustrium & Clarissimorum filiis, *l. 1. C. de tutor.*

tutor. & curator. *Illustr. pers. vel à Præto*re secundum suam jurisdictionem; in provinciis autem à Præsidibus vel Magistratibus municipalibus, id est, civitatis Magistratibus jussu Præsidi. §. *sed hoc jure. 4. ibiq;* Vult. *Inst. d. tit. de Attil. tutor. Montan. in d. tr. cap. 19. n. 8. & seqq.* Tandem Imperator Justinianus, hæc hominum difficultates reserare volens, per suam constitutionem (quæ tamen ex Dd. opinione desideratur) hanc consuetudinem immutavit, constituendo, ut, non expectata Præsidi jussione, Defensores civitatum, unâ cum ejusdem civitatis religiosissimo Antistite seu Episcopo vel aliis Magistratibus tutores darent, si impuberis vel adulti facultates usq; ad quingentos solidos sive aureos valerent. §. *nos autem. 5. Inst. eod. tit. vid. Boccr. d. disp. tb. 55. & seq. Mont. d. c. 19. n. 25. & seqq.* Hodie ex constitutione Caroli V. eò deventum est, ut ex statutis cujusq; Principis, in unaquaq; civitate & pago Judices seu Magistratus ordinarii habeant potestatem dandi tutores pupillis, suæ jurisdictioni subjectis, quantumcûq; magnæ sint pupilli facultates, tum propter consuetudinem, quæ dat jurisdictionem, l. 1. C. *de emancip. liber.* tum etiam de jure, quia omnibus Magistratibus municipalibus tutores dare permissum est. l. *jus dandi. 3. ff. de tutor. & curat. dat. ab his &c. l. un. C. ubi petant. tut.* Si enim Magistratus quis est ordinarius, ei hoc ipso consequens est, ut impuberibus tutores dare possit: Ut ita non ineptè dici queat, moribus nostris tutelæ dationem non esse amplius legis, sed jurisdictionis seu imperii. Schneid. *ad d. §. nos autem. 5. Inst. d. tit. n. 4. ibidemq;* Vult. *n. 10. Hillig. in Donell. Enucl. d. lib. 3. c. 7. in not. lit. F. Reichsabschied de anno 1548. Von ordnung vnd reformation guter Policcy zu Augspurg auffgerichtet. cap. von der Pupillen vnd Minderjârigen Kindern tutorn vnd Vormunden. §. So wollen wir allen. &c. pag. 65.* Atq; ex his rectè quoq; concludi potest, dationem tutelæ quoad personas immediatè Camerae subjectas, ad Cameraam uti ordinarium judicem pertinere. l. 1. & d. l. *jus dandi. 3. ff. de tut. & curat. dat. ab his &c. Gail. 1. observ. 1. n. 47. Boccr. d. disp. 14. th. 53. & 57. Treutl. d. disp. th. 4. lit. A.*

(c). Schneidvv. *ad princ. d. tit. de Attil. tutor. n. 4. Hilliger. in Donell. Enucl. d. lib. 3. cap. 7. in not. lit. K. Montan. d. tr. cap. 10. n. 9. & cap. 24. n. 6.*

(d), Ma-

(d). Magistratus enim nullus alicui pupillo tutorem dare potest, nisi illum sub sua jurisdictione habeat. *arg. i. ff. de jurisdictione vel ratione originis, vel domicilii, vel etiam bonorum: d. §. sed hoc jure. 4. Inst. de Attil. tut. d. l. 1. §. quod autem. ult. d. l. jus dandi. 13. & l. pupillo. 27. ff. de tut. & curat. dat. ab his &c. d. l. un. C. ubi petant. tut. vel curat. l. neque. 5. C. qui dar. tut. vel curat. poss.* Si ibi tutor idoneus inveniri nequit, tunc Magistratus ex vicinis provinciis idoneum eligere & Præsidi istius loci nomen ejus transmittere debet, ut ipse provideat. *per l. etiam non. 10. ff. h. tit. de tut. l. Divi. 24. ff. de tut. & curat. dat. &c. Schneidvv. ad d. §. nos autem. 5. Inst. d. tit. n. 9. Pacius 5. enant. 70. Treutl. d. disp. & th. 4. lit. F. Hoenon. d. disp. ff. 7. th. 5. in fin.* Quòd si non morantur pupilli in aliquo ex dictis locis, reducendi sunt ad patriam seu locum originis. *d. l. un. C. ubi petant. tut. vel curat.* Imò etsi in loco originis vel domicilii nulla bona possident, nihilominus rectè ab eo Judice tutor datur: satis enim est Judicis jurisdictioni subjici pupilli personam, quam bona sequuntur; etiamsi Judex tantùm sit Magistratus municipalis. *Schneidvv. d. loc. & ad §. datus. 17. Inst. de excusat. tut. vel curat.* Sin autem pupillus diversis in locis suas habeat facultates, cujusq; provinciæ vel territorii Magistratus rerum, in sua provincia vel territorio sitarum, tutorem dare potest. *d. l. pupillo. 27. ff. de tut. & curat. dat. &c. l. illud. 19. ff. de excusat. Bocer. d. disp. 14. th. 60. Vid. Montan. d. tr. cap. 20. per rot. Hillig. in Don. Enucl. d. loc*

(e). Eiq̄ue tam absenti quàm præsentis, *l. illud. 5. ff. de tut. & curat. dat. &c. nec non ignorantis atque invito, l. nec non. 6. ff. eod. l. non est. 2. ff. h. tit. de tutel. etiam surdo, surdæ, muto, mutæ, furioso, furiosæ, impuberibus. l. nec mandante. 8. §. fin. ff. de tut. & curat. dat. &c. l. muto. 6. in pr. & §. surdo. 3. ff. h. tit. de tut. l. 1. C. de curat. furios.* Item iis, de quorum statu dubitatur, lite etiam pendente, sed ita demum tenet datio, si liber est, ut scribit Ulp. *in l. ei qui. 17. ff. de tut. & curat. dat. &c.* Idque eam ob causam, ne interim pupillus maneat indefensus. Propter ætatis enim infirmitatem & lubricum animi judicium se ipsum defendere nequit, propterea naturali rationi est conveniens, ut à prudentiore, qui

qui firnum jam habet animi iudicium, defendatur & regatur.
d. §. impuberes 6. Inst. de Attil. tutor. & d. l. 1. ff. de minor. Montan.
d. tr. cap. 24. in pr. Schneid. *ad d. §. nos autem 5. n. 6.* Puberibus
tamen tutores non dantur, sed saltem curatores, ipsisq; volen-
tibus, ut liquet ex *§. item 2. Inst. de curator.*

(f). Hæc nisi ipsa tutrix esse velit, pietatis & successio-
nis jure hoc facere cogitur, quam primum fieri potest, præcipue
intra annum, *§. sed quemadmodum 6. Inst. de SC. Tertyll. l. in locum.*
3. l. matris pietas 6. l. cum à matribus 8. cum l. seq. C. qui pet. tut. vel
curat. l. 1. ff. eod. aliàs si hoc ex negligentia intermittat, & pu-
pillus impubes moriatur, à legitima ipsius successione meritò
repellitur: *d. l. cum à matribus 8. d. §. sed quemadmodum 6. l. si*
minores 2. §. alii 1. & §. Divus 2. l. credendum fin. ff. d. tit. qui pet. tut.
vel curat. l. sive ingenua 2. §. si mater 23. cum seq. ff. ad SC. Tertyll. &
Orphit. l. omnem 6. C. eod. Bernh. Wurms. *præct. for. lib. 1. tit. de*
tut. & cur. 38. obs. 3. n. 8. modò illa non sit minor viginti quin-
que annis, *l. licet 2. C. si advers. delict.* aut filius pubes factus mo-
riatur, *l. matres 3. C. ad SC. Tertyll.* aut casus fortuiti impedi-
mentum intercedat, quo minùs petere possit, *d. l. cum à matri-*
bis 8. C. qui pet. tut. vel curat. aut denique intersit pupilli tutorem
non peti, *d. l. sive ingenua 2. §. confestim 43. & seq. ff. ad SC. Tertyll.*
& Orphit. Schneid. *ad princ. Inst. de Attil. tutor. n. 5.* Wesemb. *in*
ff. qui pet. tut. vel curat. n. 1. & ibid. Duaren. *in comm. ff. cap. 2.*
Cujac. *17. obs. 7.* Vult. *ad d. §. sed quemadmodum 6. Inst. de SC. Ter-*
tyll. Montan. *d. tr. cap. 18. in princ. item nu. 30. 33. 36. & 43.* Treutl.
d. disp. & th. 4. lit. D. Eadem etiam obtinent in vulgò quæsitis
atque illegitimè natis seu naturalibus, nam & his impuberibus
tutorem petere tenetur, usque adeò, ut ne juris quidem igno-
rantia eam excuset. *l. ult. C. qui pet. tut. vel curat. arg. §. fin. Inst. de*
SC. Tertyll. Duaren. *d. loc.* Montan. *d. cap. 18. n. 18.* In avia quoque
idem jus quoad tutorem petendum observatur, quod in matre;
est enim & hæc nepotum suorum mater: *d. l. 2. §. filiis autem 28. ff.*
ad SC. Tertyll. & Orphit. l. justa 201. cum l. liberorum 220. ff. d. V. S.
Nisi mater super sit, quæ eam præcedit in petendo tutorem, &
in spe succedendi. Montan. *d. loc. n. 3. & seq.* Hillig. *in Don. Enucl.*
d. lib. 3. cap. 8. in not. lit. B. Bocer. *d. disp. 14. th. 48. & seq.*

E

(g) Hi

(g). Hi enim simili modo, præsertim si proximam habeant succedendi spem, tenentur pupillo quamprimum fieri potest atque intra annum tutorem petere, alias ab ejus successione excluduntur. *d.l. si minores. 2. §. alii 1. ff. qui pet. tut. vel curat. l. sciant. 10. C. de legit. hered.* Affines autem & alii amici spem succedendi non habentes, de urbanitate quidem tutores petere tenentur: si tamen non petant, nullam pœnam incurrunt. *d.l. 2. in pr. ff. qui pet. tut. vel curat. l. si filiis. 4. l. amita. 5. l. pen. C. eod.* imò non priùs illi petunt, quàm qui petere coguntur desint, vel suo officio non fungantur. *per d.l. 2. §. si quidem. 3. ff. d. tit. d.l. si filiis. 4. cum d.l. pen. C. eod.* Hillig. *in Donell. Enucl. d. loc. lit. A.* Bocer. *ibid. th. 50.* Quòd si consanguinei, quorum est tutores petere, deficiant, vel ex negligentia pupillo non prospiciant, tunc Magistratus, etiam nullo petente, ex officio ei tutorem dare & potest & debet. *in prin. Inst. de Atill. tutor. l. decreto. 3. ff. qui pet. tut. l. quod dicis. 6. C. qui dare tut. vel curat. poss. l. 1. ff. de jurisdic. Hœnon. d. disp. ff. 7. th. 5. circa fin. Treutl. d. loc. th. 5. lit. A.*

(h). Quamdiu enim tutela speratur testamentaria, vel lege ea defertur agnatis proximioribus, dativæ tutelæ locus esse non potest. *in pr. Inst. de Atill. tutor. d.l. si quis sub conditione. 11. in pr. ff. de testam. tut.* usque adeò, ut devoluta tutelâ ad legitimum tutorem, si Judex tutorem det, talis datio non valeat, cum habenti tutorem alium dare jura non permittant. *ut habeatur in §. interdum. 5. Inst. de curator. l. idem. 27. in pr. ff. de testam. tut. l. cum jure. 9. C. qui pet. tut. vel curat. l. si sororis. 9. C. qui dar. tut. vel curat. poss. l. licet. 4. C. in quib. casib. tut. vel curat. hab. & c.* Schneid. *ad pr. Inst. de Atill. tutor. n. 6. Montan. d. tr. cap. 7. n. 54.*

(i). Quod multis modis fieri potest, utputà, si quidem tutor in testamento sit datus, vivo verò testatore mortuus; §. *quod autem. 2. Inst. de legit. agnat. tut. l. intestato. 6. ff. de legit. tut.* aut sub conditione, vel ex certo die, vel ad certum tempus datus, aut purè quidem, nemo tamen heres existat, his omnibus casibus locum habet dativa tutela. §. *sed & si. 1. Inst. de Atill. tutor. l. tutor. 8. §. tutorem. 2. cum ll. seqq. ff. de testam. tut.* Simili modo si tutor ab hostibus sit captus, tunc etiam alius interim datur,

tur, donec ille revertatur : §. *ab hostibus*. 2. *Inst. d. tit. l. 1. §. si apud*. 2. *ff. d. legit. tutor.* aut relegatus aut deportatus &c. *de quo in tot. tit. Inst. quib. mod. tut. finit.* aut justâ causâ excusatus, vel ob suspicionem à tutela remotus. *de quibus infra in th. 11. & 12. plura dicentur.* Vid. *Bocer. d. disp. th. 38. cum seqq.* De personis, quænam à Magistratu dari possint tutores, regulariter idem sentimus, quod de testamentariis, paucis tamen exceptis, quas recenset *Schneid. Inst. d. tit. §. nos autem*. 5. n. 8. *Welemb. in w. ff. h. tit. de tut. n. 5.* *Bocer. d. loc. th. 62. & seq. vid. Montan. d. tract. cap. 23. per tot.*

IX.

Haftenus de tutelæ speciebus earumq; affectionibus pro ingenii tenuitate satis dictum esse arbitramur; Sequatur nunc etiam de iis, quæ tutor partim ante tutelæ susceptæ administrationem, partim post, atque in ipsa administratione secundum juris rescripta præstare teneatur. Ante administrationem & quidem priusquam ea à Magistratu competente (a) decernatur (b), requiritur satisfactio rem pupilli salvam fore (c), juramentum de fideli tutelæ administratione (d), & de omnibus pupilli bonis inventarii legitima (e) confectio (f).

(a). Hic qualis sit, dictum est *suprà in thesi precedente lit. B. & D.* nimirum ille, qui tutorem in sua jurisdictione habet: *d. l. jus dandi*. 3. *ff. de tut. & curat. dat. ab his & c.* aliàs tutoris datio ipso jure non valet. *d. l. neque*. 5. *C. qui dar. tut. vel curat. poss. d. l. in locum*. 3. *ibi, à judice competente in eadem provincia & c. C. qui pet. tut. vel curat.* *Schneid. ad d. §. nos autem*. 5. *Inst. de Attil. tutor. n. 8. & 11.* Magistratum divisionem vide apud *Vult. eod. tit. n. 2. & seqq.*

(b). Quod omninò necessarium est: Nam ante Magistratus decretum tutelæ administrationem suscipere non debet. *l. cui eorum*. 3. *ff. de postul. constit. Carol. V. in comit. August.*

anno 1548. promulgata, & deinde Francofurti sub imperio Rudolphi II. repetita & confirmata, anno 1577. tit. 33. §. daß auch ein jeglicher Vormunder. Vult. ad pr. Inst. de satisdat. tut. vel curat. n. 12. Wesemb. in w. ff. b. tit. de tut. n. 5. circa fin. Hillig. in Donell. Enucl. d. lib. 3. cap. 12. in not. lit. A. Schneid. ad d. tit. Inst. de leg. agnat. tut. n. 13. & seqq. Quod in testamentariis hodie plerisque; in locis supplet Magistratus confirmatio, quæ ipsa loco decreti est. Trentl. d. disp. th. 5. lit. C. vid. Schrader. tr. de feud. p. 10. sect. 20. n. 108. & seqq. Potest tamen testator etiam ipsemet decernere, ut scilicet tutor sua auctoritate administrare incipiat, Bart. in l. legitimos. 5. ff. de legit. tutor. Schneid. jam alleg. loc. quod & in rebus tempore perituris, vel dilationem non admittentibus procedit. l. tutor. 7. §. si tutor. 1. ff. de admin. & per. tut. & curat. l. lex quæ. 22. circa fin. C. eod. Wesemb. in w. ff. b. tit. de tut. n. 6. Montan. d. tr. cap. 14. n. 8. & cap. 32. reg. 7. n. 8. Item in matre tutrice, cui ipso jure à lege tutela defertur. Bart. in l. si quis sub conditione. 11. ff. de test. tut.

(c). L. 1. & l. non quasi. 4. §. cavetur. 1. ff. rem pupill. salv. for. tot. tit. C. de tut. & curat. qui satis non ded. Idq; propterea, ne pupillorum negotia à tutoribus diminuatur vel consumantur, in pr. Inst. de satisdat. tut. vel curat. Debet autem illa fieri datis fidejussoribus, qui ipsorum nomine rem pupilli salvam fore promittunt, id est, personæ pupilli vel adolescentis rectè prospectum, & bona non diminutum iri. l. 1. ff. qui satisdar. cogant. l. generaliter. 3. & l. prætoria. 7. ff. de præt. stipulat. l. 1. ff. ratam rem hab. Wesemb. in w. ff. b. tit. de tut. d. n. 5. circa fin. Duaren. in comm. ff. de administ. & peric. tut. cap. 3. vers. secundò tutor. Montan. d. tr. c. 32. reg. 7. in pr. Nulla enim alia erat causa, cur pupillorum corpus & facultates aliorum fidei committerentur, quàm ut ea conservarentur, ut ex tutelæ definitione patuit. At verò ut hoc fieret, voluerunt jura, ut de fide ejus, cui persona & bona pupilli committenda erant, probè constaret. Satisdatio igitur exigebatur, ut tutorum fides approbaretur, Vult. ad d. princ. Inst. de satisdat. tut. vel curat. n. 5. Obligantur autem fidejussores in tantum, ut etiam divisionis beneficium non habeant. l. final. ff. rem pup. salv. for. Montan. in d. tr. d. cap. 32. reg. 7. n. 17. Unde pleriq;
Dd.

Dd. quoque statuunt, quod cautio juratoria hoc passu non sit
admittenda, Schneid. *ad d. tit. in pr. n. 4.* sed is tutor, qui inopiā
exclusus non satisfacit, à tutela removendus, *per l. eum tutorem.*
2. C. de tut. & curat. qui satis non ded. Gail. 2. *obs. 47. n. 7.* Montan.
in d. cap. 32. reg. 7. n. 12. neque ea, quæ datis pignoribus, vel pecu-
nia in vicem satisfactionis deposita, *propter express. text. d. l. præ-*
torie. 7. ff. de prætor. stipulat. Wesemb. *in c. ff. qui satisfac. cogant.*
n. 7. in fin. Hillig. *in Donell. Enucl. d. lib. 3. cap. 11. in not. lit. A.* Jul.
Pacius, *1. enant. quest. 67.* Arumæ. *dis. ff. 16. th. 9. & exercit. Justin.*
3. th. 18. cujus tamen contrarium hodie de novissimo jure ob-
servatur, ita ut bona tutoris vel expressè vel tacitè pro satisfac-
tione sint & habeantur, ut inferius patebit. Hænon. *d. disput.*
th. 7. lit. C. Treutl. *d. th. 5. lit. B.* Wesemb. *in c. & Schneid. Dd.*
loc. Et quanquam olim jure communi testamentarii tutores
satisfacendi onere non gravabantur; cum ipsorum fides ac dili-
gentia ab ipso testatore (excepto tutore à matre in testamento
dato, *d. l. 1. C. de confirm. tut.* nisi à iudice sit confirmatus, secun-
dum Angel. *ad prin. Inst. de satisfac. tut. vel curat. ibiq.* Schneid.
n. 13.) approbata videretur; *d. princ. Inst. de satisfac. & c. 1. testamen-*
to. 17. in pr. ff. de testam. tut. l. qui à patre. 3. in fin. ff. de confirm. tut. &
curat. l. de creationibus. 27. in pr. C. de Episcop. audient. l. fin. §. & si
quidem. 5. C. de curat. furios. item illi, qui ex inquisitione à Ma-
gistratu dabantur, quoniam idonei electi erant. *jam alleg. princ.*
Inst. de satisfac. & c. l. si impuberi. 13. §. fin. in fin. ff. de tut. & curat. da-
tis ab his & c. l. non omnium. 4. C. de tut. & curat. qui satis non ded.
l. bonorum. 8. ff. de curat. furios. & aliis & c. Duaren. *d. loc. cap. 3. v.*
excipiuntur. Hodie tamen de jure Civili omnes tutores, cujus-
cunque sunt generis, bey Verpfändung aller ihrer Haab vnd Gü-
ter/so vtel derer hierzu von nöthen/ satisfacere tenentur. *ex d. constit.*
Carol. V. tit. 33. von der Pupillen vnd minderjährigen Kindern
tutorn vnd Vormündern. Unde aliqui purant, illum tutorem
non esse satis idoneum, qui non tantum in bonis habeat, quan-
tum pupillus: & si & id iudicis arbitrio relinquatur. Treutl. *d.*
th. 5. lit. C. Vult. *ad d. pr. Inst. de satisfac. tut. vel curat. d. n. 12. ibiq.*
Schneid. *n. 8. & 14.* Wesemb. *sepè d. loc. n. 5.*

(d) Quo sanctè promittere tenetur, se absque dilatione defensionem pupilli suscepturum, omnia fideliter administraturum, & nihil, quod pupillo utile esse putaverit, intermissurum, nihilque admissurum, quod inutile existimaverit. *l. tutoris. 30. ff. de administ. & peric. tut. & curat. d. l. de creationibus. 27. in pr. C. de Episcop. audient. l. ult. in prin. & §. omnem autem. 4. in fin. C. de administ. tut. vel curat. d. l. ult. §. & si quidem. 5. in fin. cum Auth. seq. C. de curat. furios. vel prod. Nov. 72. cap. ult. Wesemb. in π. ff. d. loc. & ff. de administ. tut. n. 2. & consil. 3. n. 58. cum seqq. Cavalcanus in tr. de tut. & curat. n. 23. Mynsing. cent. 6. obser. 39. Vult. d. tit. n. 12. Montan. d. cap. 32. reg. 2. & 3. in pr. Treutl. d. th. 5. lit. D. Hænon. d. th. 7. lit. D. Hodie tamen moribus nostris juramentum corporale tutori alicui rarò defertur, præsertim si in isto loco bona immobilia possidet, propter quæ etiam jure civili nec jurare nec satisfacere quis tenetur, per *l. sciendum. 15. ff. qui satisfac. cog. d. l. de creationibus. 27. versic. sin autem testamentum, in fin. C. de Episcop. audient. d. l. ult. §. sin autem. 6. versic. & si quidem. C. de curat. furios. vel prod. Wesemb. in parat. ff. d. tit. n. 11.* sed vigore istius, quo obstrictus est Magistratui, admonetur, ut omnia rectè & cum pupilli utilitate gerat. Rauchb. p. 2. q. 2. n. 95. per rat. ibid. adduct. Schneid. Inst. de legit. agnat. tut. n. 17. Ant. Matth. in not. ad pr. Inst. de satisfac. tut. vel curat.*

(e). Ita enim nisi fiat, idem est, quasi planè factum non fuisset. *arg. l. nulla. 2. ff. de auctor. & const. & curat. & l. quotiens. 6. ff. qui satisfac. cog.* Si igitur aut planè non fecerit, aut non ritè fecerit, dolo descriptionem omisisse videtur, *d. l. tutor. 7. in pr. ff. de administ. & peric. tut. & curat.* & propterea tanquam suspectus à tutela removetur, ac pœnis legitimis afficitur, *l. tutor. 3. §. qui pecuniam. 16. ff. de suspect. tut. & curat. l. ult. in fin. C. arbitr. tutel. simulque contra eum in litem juratur, ex quo in id, quod pupilli interest, tenetur: d. l. tutor. 7. in prin. l. 1. §. officio. 3. ff. de tut. & ration. distrab. l. pen. C. de in lit. jur.* Imò si aliquam rem in inventario non descripserit, in duplo ejus rei punitur; Mynsing. cent. 6. obs. 39. n. 5. modò testator ipse confectioem expressè non prohibuerit, aut remiserit, *d. l. ult. §. illo proculdubio. 1.*

C. arb.

C. arb. tut. aut etiam quandam iustissimam & necessariam cau-
sam tutor allegare possit, ob quam inventarii confectio-
nem planè omiserit, aut non debito modo fecerit. *d. l. tutor. 7. in pr.*
ff. de administ. & per. tut. & cur. Eo tamen casu, ubi à testatore
inventarii confectio est remissa, si Magistratus pupillo expedi-
re deprehenderit, potest tutorem ad illud impensis pupilli con-
ficiendum cogere. Treutl. *d. 1b. 5. lit. E.* Gothofr. *ad d. l. ult. §. 1.*
C. arbit. tut. Mynsing. *cent. 6. obs. 39. n. 7.* Wesemb. *in π. ff. de ad-*
minist. & per. tut. n. 4. Schneid. *ad sepè d. tit. Instit. de legit. agnat.*
tut. n. 16. Hænon. *d. loc. 1b. 7. lit. b.*

(f). Hoc omnis tutor, antequam administret, facere
cogitur, sive sit testamentarius, sive legitimus, sive dativus.
gloss. in d. l. tutor. 7. lit. B. ff. & l. tutores. 24. C. de administ. tut. d. l. fin. §.
& si quidem. 5. versic. & inventario. C. de curat. fur. vel prod. Nov. 94.
cap. fin. d. l. de creationibus. 27. in prin. C. de Episcop. audient. Montan.
d. tr. cap. 32. reg. 5. n. 1. 2. 3. & seqq. Treutl. *d. loc.* Debet autem in
inventarium nominatim referre & describere omnia pupilli
bona, tam mobilia quàm immobilia, præsentia & futura, cor-
poralia atque incorporalia: *per d. l. tutores. 24. C. de administ. tut.*
d. l. ult. & de curat. fur. & reliquas proximè allegatas: idque sub præ-
sentia personæ publicæ, hoc est, tabellionis seu Notarii & te-
stium. Wesemb. *in π. ff. d. t. de administ. tut. n. 4. per d. l. tutores.*
24. C. eod. Schneidw. *d. tit. de legit. agnat. tut. n. 16.* Cavalcanus *in*
d. tr. de tut. & curat. n. 58. Vult. *d. loc.* Klammer. *in promptuar.*
jur. tit. 32. n. 32. & 33. Inventarium enim dicitur caput, imò ma-
trix reddendarum rationum, sine quo hæ confici nequeunt.
Bald. consil. 191. n. 2. versic. alii verò tenent, volum. 4. & in l. cum tale.
72. §. & cum patronus. 1. ff. de condit. & demonstrat. Plura, quomo-
do inventarium confici debeat, ostendit Mynsing. *d. cent. 6. obs.*
39. Montan. *d. tr. & loc. n. 75. & seqq.*

Atque hæc sunt, quæ tutor facere debet, antequam pupil-
lirerum administrationem suscipiat, quorum unum aut alte-
rum si deficiat, administratio erit invalida, ut jam satis superq;
est probatum.

X, Post

Post susceptam tutelam in ipsa administratione tenetur tutor pupillum rectè educare (a), res & negotia ipsius fideliter gerere (b), atque in omnibus causis cum ipso peragendis (c) auctoritatem suam interponere (d). Hæc si negligat, tanquam suspectus removeatur, & demum pupillo damna de rebus suis propriis rescarcire cogitur (e).

(a). Educatio continet non tantum victus atque amictus, item habitationis præstationem; *l. ult. ff. de aliment. & cibar. legat. l. verbo. 43. cum l. seq. l. quos nos. 234 §. verbum. 2. ibiq.* Gædd. ff. de V. S. sed etiam morum & liberalium artium institutionem, *l. quod plerumq. 2. C. de aliment pupill. præst. l. cum plures. 12. §. cum tutor. 3. ff. de administ. tut.* itemque corporis ac salutis tutionem. *l. consilio. 7. in pr. ff. de curat. furios.* Schneid. *ad prin. Inst. de I. N. G. & C. n. 14.* Ubi autem & apud quem pupillus sit educandus controversi solet? Nos cum Schneid. *ad tit. Inst. de Attil. tut. circa fin.* putamus, quod apud eum, quem testator denominavit; quod si neminem denominaverit, tunc maximè apud matrem viduam hoc fieri debet; *l. 1. C. ubi pupill. educ. deb. Nov. 22. cap. ejusdem. 38.* nisi ad secundas nuptias accesserit: *per d. l. 1. & Nov. 22. cap. 38.* Eo enim casu si inter matrem & tutores atque agnatos bene non conveniat, apud eum est educandus, quem Judex cognita causâ, ex personæ conditione, per decretum constituit. *d. l. 1. C. ubi pup. ed. deb.* Cutare tamen debet Judex, ne eum constituat educatorem, qui propter spem successionis, vitæ & pudicitia impuberis insidiari potest. *l. 1. §. & solet. 1. l. si discipletur. 5. ff. & l. utrum. 2. C. d. tit. ubi pup. & c. ibiq.* Wesemb. *in π. n. 2.* Treutl. *d. disp. th. 6. in pr.* Hænon. *d. disp. th. 8. lit. A.*

(b). Id quod sit partim augendo, partim etiam patrimonium conservando. Debet enim tanquam bonus ac diligens paterfamilias omnia perficere, *l. generaliter. 10. l. à tutoribus. 33. in pr. ff. de administ. & per. tut. & curat.* utilia admittere, atque ea, quæ

quæ inutilia sunt, removere. *d. l. de creationibus. 27. in pr. C. de
Episcop. aud. & supra th. preced. lit. D. in pr. allegat.* Hinc si pu-
pillus pecunias in patrimonio habeat, & ex immobilibus suf-
ficiens redditus non sit, jubetur eas vel idoneis hominibus fœ-
nori dare, vel in emptionem idoneorum, hoc est fertilium præ-
diorum, & levioribus tributis obnoxiorum, & quorum au-
thor idoneus, id est, locupes est, ut de evictione cum effectu
conveniri possit, collocare. *l. tutor. 13. §. non est. 1. ff. de admin.
& per. tut. & curat. Nov. 72. cap. si verò habeat. 7.* Quòd si verò
redditus sufficiens sit pupillo, tunc non opus habet tutor ipsius
pecuniam fœnori dare, sed sufficit, si eam cautè reponat,
*d. Nov. 72. cap. quoniam. 6. in med. ubi add. rat. & d. cap. seq. in prin.
quanquam olim fecus fuerit. l. si tutela. 8. l. si tutor. 15. l. cum plu-
res. 12. §. fin. ff. de admin. & per. tut. d. l. tutores. 24. C. eod. We-
semb. in π. ff. de admin. & per. tut. & cur. n. 4.* Debet quoque
tutor pupilli creditoribus solvere; *l. tutores. 13. C. de administ.
tut.* aliàs si hoc omiserit, damnum ex eo ipso proveniens pu-
pillo ex propria substantia præstare tenetur: *d. l. generaliter. 10.
ff. & l. si tutoris. 23. C. d. tit.* Imò sunt aliqui casus, quibus & sibi
ipsi tutor solvere potest; modò debitum sit pecuniarium, atq;
usura graviores, *l. quotiens. 9. §. sicut. 5. & §. non tantum. 7. ff. de
admin. tut.* etsi regulariter tutor in rem suam author fieri ne-
queat. *§. si inter. ult. Inst. de authorit. tutor. l. 1. in pr. l. pupillus. 5. in
pr. §. item 2. cum §. seq. l. quod dicimus. 7. in pr. & l. potest pupillus.
18. ff. eod. l. 1. §. fuit quæsitum. 13. in fin. ff. ad SCt. Trebell.* Simili mo-
do etiam debita pupillaria exigere debet, adeò, ut si ejus negli-
gentiâ debitores pupillares non solvendo facti fuerint, tutelæ
iudicio teneatur. *l. si tutor constitutus. 15. ff. de admin. & per. tut. &
cur. l. nomina. 2. & l. quicquid. 7. C. arbitr. tut.* An autem ipse
pupillus sine tutoris authoritate rectè solvat, ipsique ab aliis
rectè solvatur, in tantum, ut ab obligatione liberi fiant, hoc lo-
co non incommodè quætitur? Primum membrum quod at-
tinet, responderemus, pupillum rem seu conditionem suam sine
tutoris authoritate acquirendo meliorem facere, uti patet ex
princ. Inst. de author. tutor. ubi Dd. communiter, & l. pupillus. 11. ff.

de acquir. rer. dom. alienando verò seu solvendo eam de-
teriore reddere non posse, d. prin. & l. pupillus. 11. præser-
tim cum pecuniæ solutio ad bonorum administrationem,
quam pupillus non habet, pertineat; l. iusjurandum. 17. §. pupillus.
1. in fin. ff. de iurejurand. & nullius rei solutio vel alienatio pu-
pillis solis concessa sit, §. fin. versic. sed ex diverso in fin. Inst. quib.
alien. licet vel non. l. obligari 9. in prin. ff. de auctor. tut. quanquam
si consumpta sit ejusmodi pecunia ab eo, qui in solutum acce-
pit, pupillus liberetur. l. non omnis. 17. §. si pupillus. 1. ff. de reb. cred.
l. quod si fortè. 14. §. fin. ff. de solution. & liberat. d. l. obligari. 9. §. pu-
pillus. 2. in fin. & d. §. fin. in princ. Inst. d. tit. quib. alien. lic. vel non. Al-
terum membrum cum distinctione, quæ habetur in d. §. fin. Instit.
eod. declaramus; Vtputà solutio facta est pupillo aut soli, hoc
est, sine tutoris auctoritate, & id temporis ille si factus est locu-
pletior, vel pecuniam adhuc habet salvam, naturali æquitate
obligatur, & denuò petens per exceptionem doli mali repelli-
tur, d. §. fin. versic. fin autem. in f. & l. pupillo. 15. cum t. in pupillo. 47. in
pr. ff. de solut. & liberat. vide Schneid. ad tit. Inst. de auctor. tut. n. 11.
ibiq; Mynsing. n. 5. Vult. discept. scholast. cap. 16. Jul. Pac. cent.
4. enant. q. 9. Wesemb. in π. ff. de auctor. tut. n. 2. Treutl. d. loc. lit. K.
Secus verò est si pecunia non amplius sit salva, sed fortassis ma-
lè sit consumpta, aut deperdita; tunc debitor adhuc semel sol-
vere cogitur: Debet enim sibi ipsi imputare, qui contra legum
dispositionem solverit, d. §. fin. versic. quod si malè. Aut secundo
solutio facta est pupillo cum tutoris auctoritate coram Magi-
stratu, tunc temporis debitor in totum liberatur, usque adeò,
ut pupillus contra tutorem in integrum restitui nequeat, licet
læsus sit: per sæpè d. §. fin. ubi Schneidw. Wesemb. Mynsing. &
reliqui Dd. adhibeantur atq; expressum text. in l. sancimus. 25. ibiq;
Gothofr. C. de administ. tut. vel curat. Aut tertio solutum est
pupillo præsentem quidem & consentientem tutorem, non autem
coram Magistratu vel Judice, atque tunc ipso jure quidem de-
bitor liberatur, l. Lucius. 46. §. tutela. 5. & §. ult. ff. de admin. & per.
tut. sed si pupillus ex ea solutione sit læsus, in integrum resti-
tui

tuitur. l. 1. & ibi. Dd. C. si advers. solut. Wesemb. in π. C. eod. Hon-
non. d. loc. 1b. 8. lit. C.

(c). Sive in iudicio sive extra iudicium, si pupillus da-
mnum ex iis sentire possit; Hinc in iudiciis tam civilibus quam
criminalibus nunquam solus versari potest, l. 1. cum l. seq. C. qui
legit. person. stand. in jud. hab. l. act. 45. §. contra indefensos. 2. l. contra
pupillum. 54. in pr. ff. de re judic. l. cum & minores. 4. C. si advers. rem
jud. l. in universis. 11. C. qui dare tut. vel curat. poss. ne scilicet ex
sua imperitia, vel juvenili calore, aliquid vel dicat vel taceat,
quod si fuisset prolatum, vel non expressum, prodesse ei pote-
rat; l. clarum. 4. C. de auctor. prestand. sive conveniatur, sive alios
conveniat, d. l. clarum. 4. sed semper agere vel conveniri debet
tutore auctore, qui aliàs officii ratione pupilli actiones insti-
tuere & rem in iudicium deducere, ac si verè esset Dominus,
potest, l. 1. in pr. & §. sufficit. 2. l. tutor. 27. ff. de admin. & peric. tut.
ibiq. Wesemb. in π. n. 2. l. interdum. 56. §. qui tutelam. 4. ff. de furt. l.
ad ea. 157. in pr. ff. de R. I. idque sine ulla satisfactione sive cau-
tione rem ratam pupillum habiturum. Modò non dubitetur,
an tutor sit, vel an duret tutor, vel an gestus illi sit commissus;
tunc enim æquiùs est, adversarium non decipi, ut tradit Ulpia-
nus in l. generaliter. 10. l. vulgò. 23. & l. à tutoribus. 33. in pr. ff. d. tit. de
admin. & c. & Imperator in l. tutores. 13. C. eod. add. Rosbach. in
process. judic. tit. 10. n. 5. & tit. 11. n. 8. cum seq. Extra iudicium ni-
hil quoque efficere potest, præsertim in illis causis, ex quibus
mutuæ nascuntur obligationes, utputà in emptionibus, vendi-
tionibus, locationibus, conductionibus, mandatis, societati-
bus & c. sed in omnibus tutoris autoritate opus habet, uti pa-
ret ex prin. Inst. de auctor. tut. d. l. obligari. 9. ff. eod. l. si id quod. 7. §.
idem potest. 1. ff. de rescind. vendit. quia sine ea nihil vel agere vel
intelligere intelligitur. l. pupillus. 189. ff. de R. I. l. ult. ff. de jur. & fact.
ignor. vid. Montan. d. tr. cap. 30. Et quidem hanc conclusio-
nem adeò veram esse, communiter Interpretes statuunt, ut pu-
pillum sine tutoris autoritate ne naturaliter quidem obligari
admittant, per. l. quod pupillus. 41. ff. de condiç. indeb. l. pupillus. 59.
ff. de oblig. & action. nisi in quantum factus est locupletior, d. l.



pupillus. §. in prin. ff. de auctor. tut. l. si pupillus. 21. in pr. ff. ad L. Fal-
cid. l. si ejus pupill. 64. in prin. & ibi Gothofr. ff. ad Sct. Trebell. l.
cum illud. 25. §. heres. 1. (ad quem Cujac. lib. 17. obs. cap. 4.) ff.
Quando dies leg. ced. l. si pupillus. 127. (ad quem etiam Cujac. in suis
oper.) ff. de V. O. l. 1. in fin. ibiq; Gothofr. ff. de novat. & delegat. l. in
numerationibus. 44. versic. item si pupillo, & ibidem Gothofr. l. in pu-
pillo. 47. in pr. cum l. Stichum. 95. §. naturalis. 4. ff. de solut. & liberat.
l. creditore. 42. ff. de injur. l. naturaliter. 13. §. item quod. 1. cum l.
seq. ff. de condi. indeb. & per ea quæ supra sunt tradita ad lit. B.
Duaren. in comm. ff. ad tit. de O. & A. cap. 2. Vult. discept. scholast.
cap. 16. ubi ad varias Dd. circa hanc questionem distinctiones respon-
det: Gœdd. tract. de contrab. & committ. stipulat. cap. 7. conclus. 12.
n. 212. & seqq. Borcholt. ad §. tutor autem. 2. in fin. Inst. de auctor.
tut. Pacius d. cent. 4. quest. 9. vid. Val. Guil. Forst. in tract. de pact.
cap. 5. ubi plura reperiuntur fundamenta. Unde pupillus sine tu-
toris auctoritate non potest adire hæreditatem, ne quidem lu-
crosam, §. neq; tamen. 1. Inst. de auctor. tutor. d. l. obligari. 9. §. here-
ditatem. 3. ff. eod. cum enim adiens hereditatem legatariis ex
quasi contractu obligetur, §. heres. 5. Inst. de oblig. quæ ex q. contr-
nasc. l. apud Julianum. 3. §. ult. in fin. ff. quib. ex caus. in poss. eat. l. mo-
re. 8. ff. de acquir. vel omitt. hered. atque ad æris alieni dissolutio-
nem ultra hereditatis vires neglecto inventarii beneficio te-
neatur: §. extraneis. 5. Inst. de hered. qual. & diff. imò hereditates
sæpe maximè lucrosæ, ob emergens æs alienum, sæpe plus da-
mni quam commodi habeant. l. si hereditatem. 32. ff. mandat. ideò
consequitur, pupillum, ut se obligare non potest, ita nec here-
ditatem rectè adire. d. l. obligari. 9. ff. de auctor. & cons. tut. & cu-
rat. Hillig. in Donell. Enucl. d. lib. 3. comm. cap. 13. Montan. d. tr.
cap. 30. n. 115. Hœnon. d. disp. 7. th. 8. lit. E. Schneid. ad d. §. neq; ta-
men. 1. Inst. de auct. tut.

(d). Quod fit, quando præsens id comprobat, quod a
pupillo geritur, l. etiam si non. 3. ff. de auctor. tut. Duaren. ff. eod.
cap. 2. in pr. modò negotium, quale fit, intelligat. l. non multum.
14. ff. eod. ibiq; Wesenb. in π. n. 1. & Vultei. Inst. eod. n. 3. Necessa-
rium autem est, ut statim in ipso negotio auctor fiat, d. l. obligari.
9. §.

9. §. tutor. 5. ff. d. tit. §. tutor. 2. Inst. eod. Duaren. d. loc. Wesemb. in
π. ff. eod. n. 5. Montan. d. tr. cap. 30. n. 28. & seqq. vel in continenti
post contractum negotium; l. si quis mihi. 25. §. jussum. 4. ff. de ac-
quir. vel omitt. hered. Vocabulum enim statim cum aliquo tem-
poris temperamento est accipiendum. Bronchorst. cent. 2. mi-
scell. quest. 6. Montan. d. cap. 30. n. 50. Hœnon. d. loc. Post tem-
pus atque ex intervallo interposita autoritas nihil agit, d. §.
tutor. 2. Inst. d. tit. de auth. tut. sicuti & ea, quæ per epistolam vel
nuncium interponitur: d. §. tutor. 2. & d. l. obligari. 9. §. tutor. 5. ff.
eod. Ratio est, quia tutoris præsentia & dolum & metum ex-
cludit. l. transactionem. 35. C. de transact. Item ea, quæ non verbis
expressis formaliter præstatur: Sola enim præsentia & tacitur-
nitas tutoris non sufficit. d. l. etiam si non. 3. cum ibi notatis. ff. d. tit.
l. 1. §. mutus. 2. ff. h. tit. de tut. ubi dicitur, quod mutus non possit esse tu-
tor, ratio est, quia auctoritatem præstare non potest. Idem probat
Batt. in d. l. etiam si non. 3. ff. d. tit. Pertinet igitur sermo ad au-
thoritatis præstandæ essentiam, adeo, ut nec nutu nec signis
auctoritas interponi queat. secund. gloss. & Dd. in d. l. etiam si non.
3. ibi. lit. n. imò oportet eum loqui. ff. eod. Schneid. ad d. §. tutor. 2.
Wesemb. in π. ff. eqd. n. 5. Montan. d. cap. 30. n. 25. 29. 31. & 40.
Hœnon. d. loc. Bocer. d. disp. 14. th. 112. cum seq. An autem tutor
bona pupilli etiam alienare possit, non immerito quæritur? Ubi
respondemus distinguendo inter res mobiles, quæ servando
servari possunt, & quæ non possunt. Priori casu ipsi planè
concessum non est absque Judicis decreto aliquid alienare,
posteriori verò casu omninò. per l. lex qua tutores. 22. in pr. junct.
versic. quod in veste, & §. fin. C. de administ. tut. vel curat. l. fin. C.
quan. decreto op. non est. l. tutor. 7. §. si tutor. 1. ff. de admin. & per. tut.
& curat. tutores. 24. ibi, & quicquid vetustate temporis & c. C. eod.
In immobilibus verò aliud observatur; ibi enim, nisi prægnans
urgeat causa, aut aliàs ipsi non noceat, ea intacta permanere
debent, etiam cum Judicis decreto. d. l. lex qua tutores. 22. versic.
nec verò. C. eod. tot. tit. C. de præd. & aliis reb. minor. & c. constit.
Carol. V. Von reformation guter Pollicey. tit. Von der Pupillen.
& c. versic. item daß er & c. Menoch. lib. 2. de arb. jud. quest. cont. 2.

cas. 171. Gail. lib. 1. obs. cap. 36. Mynsing. cent. 6. obs. 61. VVesemb. in
π. ff. de reb. eor. qui sub tut. & c. n. 3. & seq. Montan. d. tr. cap. 33. n.
450. Atque hæc non tantum obtinent in alienatione per vendi-
tionem, sed etiam in transactione, quæ quoque est alienatio-
nis species l. si quid dolo. 1. §. ut si transigit. 9 ff. si quid in fraud. patron.
fact. sit. Etiam si enim tutores super pupilli rebus ex causa le-
gitima transigere possint: l. si pignore. 54. §. fin. & l. interdum:
56. §. qui tutelam. 4. ff. de furt. l. pupilli. 96. §. cum pupilla. 1. ff. de so-
lut. & liberat. l. pactum. 22. C. de pact. Gail. lib. 2. obs. cap. 72. n. 1.
Wesemb. in π. ff. de auctor. & conf. tut. vel curat. n. 4. verunta-
men absque Judicis decreto, quod præviâ cognitione omnino
interponi debet, transactio hujusmodi non valet. l. cum hi. 8. §.
vult igitur. 8. & seq. ff. de transact. l. Lucius Titius. 46. §. fin. ff. de ad-
min. & per. tut. & curat. Idem dicitur & de oppignoratione, ac
multo magis de donatione; nisi hoc suadeat pupilli utilitas. l. 1.
§. unde queritur. 1. ff. de tut. & ration. distrab. l. tutor. 22. cum d. l. Lu-
cius Titius. 46. §. fin. ff. de admin. & per. tut. Schneid. ad §. fin. Inst.
de auctor. tut. n. 22. & seqq. Hænon. d. loc. Treutl. d. loc. lit. H.

(e). Ut liquet ex §. si quis. 9. cum §. seq. Inst. de suspect. tut.
& curat. l. tutor. 3. §. tutor. 14. cum l. impuberibus. 7. §. præterea. 2. ff.
& l. Praeses. 3. C. eodem. l. ult. ff. ubi pup. educ. vel mor. deb. l. fin. C. de
administ. tut. vel curat. Schneid. Inst. de Attil. tut. §. impuberes. 6. n.
2. Wesemb. in π. ff. de administ. & peric. tut. & curat. n. 4. item
per ea, quæ suprâ sunt dicta. lit. B.

XI.

Cum hæctenus, de modis, quibus tutela conservari & constitui debet, satis sit dictum: Itaque nunc etiam de iis, quibus iterum dissolvitur atque amitti solet, aliquid est agendum (a). Dissolvitur autem ea variis modis, de quibus in tot. tit. 22. Inst. agitur, utputa pubertate (b), morte (c), pupilli pupillave capitis deminutione (d), conditionis existentia (e), & temporis eventu (f), iusta excusatione (g), atque ob suspicionem remotio-
ne (h).

(a). Cum

(a). Cum nihil tam naturale sit, quàm eo genere quicquid dissolvi, quo colligatum est. *l. nihil. 35. l. omnia. 100. & l. ferè. 153. ff. de R. J. l. an inutilis. 8. §. acceptum. 3. ff. de acceptilat. arg. l. generaliter. 9. ff. de acquir. vel amitt. possess.*

(b). Ut videre est *in pr. Inst. quib. mod. tut. fin. l. Seja. 26. ff. de tut. & curat. dat. ab his & c. l. 1. & l. indecoram. 3. C. quand. tut. vel curat. esse desin. cum soli impuberes in tutela esse possint. d. §. 1. & 2. Inst. de tut. §. impuberes. 6. Inst. de Atill. tut.* Dicuntur autem puberes masculi quidem anno decimo quarto completo, foeminae verò duodecimo viri potentes. Olim quidem veteres in masculis pubertatem non tantum ex annis, verum etiam ex corporis habitu aestimarunt, id quod postmodum Imperator Justinianus per suam constitutionem, *quæ habetur in d. l. indecoram. ult. ubi & Gothofr. C. quand. tut. vel curat. esse desin.* sustulit, sicuti ex *d. pr. Inst. eod.* patet. Obtinet hæc quoque constitutio de jure Saxonico, quod refert Schneid. *ad d. pr. Inst. d. tit. n. 4. vid. Borcholt. Mynsing. & Vult. ibid. Montan. d. tr. cap. 37. ubi & ratio redditur, quare foemina citius pubescat quàm masculus. n. 23.* In personis Illustribus hoc specialiter est notandum, præsertim in Illustris. ac Sereniss. Electorum filiis, quod illi usque ad annum decimum octavum completum sint sub tutela proximi agnati, idq; sanctione Aureæ Bullæ Caroli IV. cautum est. *Treutl. d. loc. th. 7. lit. D. Tiraquell. in tract. de nobilitate cap. 20. n. 41.* Deinde hoc loco observetur, quod quidem tutela pupilli pubertate finiatur, ipsiq; jam curator sit dandus: *secund. pr. Inst. de curator.* verum hodie ex generali consuetudine præsertim Germanorum, hoc est immutatum, & continuatur administrationis officium usque ad legitimam ætatem, annum nimirum aduitorum vigesimum quintum, & qui tutor fuit, is curator permanet. *Gail. lib. 2. obs. cap. 96. n. 1.* Possunt tamen tutores, si voluerint, non obstantè consuetudine, finitâ tutelâ & rationibus distractis, administrationem deponere atque aduitor curatorem dari petere, ut in Camera sæpius factum testatur, *Gail. ibid. n. 6. Treutl. d. loc. th. 8. in fin.*

(c). Utriusq; tam tutoris quàm pupilli; *§. simili modo. 3. Inst. eod. l. nisi finita. 4. in pr. ff. de tut. & ration. distrab.* mors enim omnia
sol.

Solvit. Nov. 22. cap. deinceps 20. in pr. Unde mortuo tutore pupillo alius tutor est dandus, ut nulla tutela ad heredes transeat: *l. tutela. 16. §. Sciendum. 1. ff. h. tit. de tut. quia est munus personale. l. ult. §. personalia. 1. ff. de muner. & honor.* Quæ v. sunt personalia, simul cum persona extinguuntur. *l. quia. 13. ff. solut. matrim. l. non solum. 8. §. tale. 3. ff. de liberat. legat.* Quòd si pupillus moriatur, tunc omninò tollitur causa finalis; quia mortuus tuitione non indiget, ergo & destinatum ad finem. *arg. l. fin. C. de indict. viduit. & L. Jul. Misc. tollend. Treutl. d. loc. tb. 7. in pr. Hænon. d. disput. sb. 9. lit. C.*

(d). Hoc procedit primò in tutore patiente maximam vel mediam capitis deminutionem. Hinc si servus penæ fiat, vel deportetur, aut exbanniatur, vel ab hostibus capiatur, tutelam simul amittit, *l. si tutor. 9. §. sed & si. 6. ff. de tut. & ration. distrah. §. sed & capitis. 4. Inst. quib. mod. tut. fin.* interim tamen, quamdiu est apud hostes, alius tutor dari potest. *§. ab hostibus. 2. ibiq; Nicasius, Instit. de Atill. tutor.* Si verò minimam patiatur capitis deminutionem, veluti si arrogetur vel adoptetur, tunc quidem jure Civili tutelam legitimam, non autem testamentariam vel dativam perdit: *d. §. sed & capitis. 4. Inst. quib. mod. tut. fin. l. legitimam. 2. cum l. legitimos. 5. §. ult. ff. de legit. tutor.* Cum enim legitima tutela deferatur proximis agnatis hoc jure, ut patet ex tot. tit. *Inst. de legit. agnat. tut.* & per arrogationem vel adoptionem peteat jus agnationis arrogato sive adoptato, *§. minima. 3. Inst. de capit. deminut.* sequitur hoc casu neque tutelæ ullum locū esse dici posse. Cæterum cum hodie tutela, sicuti & hereditas, promiscuè agnatis & cognatis deferatur, ut notant Dd. *ad d. tit. Inst. legit. agnat. tut.* ideo minimam capitis deminutionem non amplius dissolvere tutelam, & sic quoad hoc antiquum jus hodie esse immutatum putant. *per Nov. 118. cap. ex his autem 5. Vult. ad d. tit. Inst. quib. mod. tut. fin. n. 3. Hænon. d. loc. tb. 9. lit. D.* Deinde hoc idem locum habet etiam in pupillo, & quidem indistinctè, ita, ut quamcunque ille capitis deminutionem patiatur, tutela finiatur, sive maximam, sive mediam, sive minimam, quia & per hanc alieno juri subicitur, *tot. tit. Instit. de cap. demin.* & qui patris consilio regitur, tutore opus non habet:

habet: *l. fin. in pr. C. de curat. furios. vel prodig. §. item. 1. & §. sed & capitis. 4. Inst. d. tit. quib. mod. tut. fin. l. nec ei. 17. §. eorum. 1. ff. de adopt. & emancip. l. si adrogati. 14. ff. b. tit. de tut. prioribus verò duobus modis civiliter mortuus dicitur, l. verum est. 63. §. ult. versic. intereunt. ff. pro socio. & sic tutela cessat, quia tantum in caput liberum exercetur. d. §. 1. Inst. hinc de tut. d. l. 1. d. l. si adrogati. 14. §. item. 1. cum seq. ff. eod.*

(e). Utputà si usque ad certam conditionem tutor testamento sit datus, atque illa conditio existat. *§. sed & si. 2. Inst. quib. mod. tut. fin. d. l. adrogati. 14. §. ult. ff. b. tit. de tut. l. tutor. 8. §. sed si. 1. ff. de testam. tutel.*

(f). *d. l. si adrogati 14. §. sed & si. 3. d. l. tutor. 8. §. praterca. 5. Inst. quib. mod. tut. fin.* quia dispositio ad certum tempus relata, ultra illud non porrigitur, *l. si ita quis. 21. ff. de vulg. & pupill. substit. & limitata causa limitatum producit effectum: l. age. 3. C. de transact. sed deponit tutor tutelam, nullo tamen facto hominis, hoc est, iudicis interveniente, sed ipso jure. Schneid. ad d. §. praterca. 5. n. 2. Inst. d. tit. Mater verò pupilli quando adest nec ipsa gerere vult, tutorem alium petere tenetur; aliàs si hoc intermittat, successione ejus privatur. ut supra *th. 8. lit. C. fusiùs est dictum. Treutl. d. loc. th. 7. lit. C.**

(g). Excusatione finitur tutela, si ex justa causa se tutor excuset, atque administrandæ tutelæ onus deponat. *§. fin. Instit. d. tit. quib. mod. tut. fin.* Dico justa, quia injusta excusationem non præstat. *§. final. Inst. de excusat. tut. & curat. l. 1. l. coloni. 8. l. frater tuus. 9. l. ne Senatorum. 13. l. insinuatam. 19. & l. quod res. 21. C. eod. usque adeò, ut etiam inviti tutelam recipere cogantur, quoniam munus est publicum; in pr. Inst. de excusat. tut. vel curat. l. si duas. 6. §. tutela. 15. cum l. non tantum. 17. §. eos qui. 2. in fin. ff. & d. l. coloni. 8. cum d. l. ne Senatorum. 13. C. eod. l. filiusfamilias. 9. ff. de his qui sui vel al. jur. sunt. l. pupillus. 239. §. munus. 3. ff. de V. S. l. fœminæ. 2. ff. de R. J. §. sed ex his. 3. Inst. de Attil. tut. in verbo, compellendis. à quo lex neminem vult esse immunem, nisi ob justam excusationem. : d. l. non tantum. 17. §. eos qui. 2. ff. d. tit. de excusat. l. 1. §. equè. 4. l. & qui. 3. §. filio. 4. & §. quamvis. 6. ff. de muner. & honor. l. vacuatis. 19.*

G

cum

cum l. nullus. 28. C. de decurion. lib. 10. Quòd si hoc facere nolis, potest eum Magistratus vel per pignoris captionem, vel per mulctæ indictionem, vel per alia remedia ad id compellere. Schneid. *ad §. fin. Inst. de Artill. tut. & in pr. de excusat. tut. vel curat. n. 2.* Duaren. *ad tit. ff. de administ. & peric. tut. cap. 3.* Treutl. *disp. 9. vol. 2. tb. 1. lit. A.* Hoënon. *d. disp. tb. 6. in princ.* Causæ autem & multæ & variæ ab Imperatore nostro recensentur, *in tit. 25. Inst. de excusat. tut. vel curat. cui correspondet tit. ff. & C. eod.* quarum aliæ à tutela suscipienda, aliæ verò à suscepta excusant.

A suscipienda tutela excusationem præstat, (1.) numerus liberorum, olim Romæ trium, in Italia quatuor, in provinciis quinque. Nec refert an masculi sint, an fœminæ, an emancipati aut in potestate constituti, an filii vel nepotes, qui in sui patris mortui locum succedunt, & pro uno numerantur; modo illi omnes adhuc sint superstites, naturales & legitimi simul. *d. pr. Inst. de excusat. tut. vel curat. l. excusantur. 2. §. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 8. ff. eod. l. 1. C. qui num. liber. se excus. l. sextumdecimum. 2. §. incolumes. 5. cum l. fin. ff. de vacat. & excusat. muner.* Bocer. *suprà alleg. disp. 14. tb. 70.* Atque hæc est causa æquissima, quia tutoris domesticis obstrictus pupillo rectè præesse nequit. Deinde quia & ejusmodi tutor datus jam antè Reipublicæ bonam navavit operam, gignendo atque educando liberos, quod munus est Reipubl. necessarium. *l. 1. ff. solut. matrim. l. cum ratio. 7. §. si plures. 3. ff. de bon. damnat. l. ambiguitates legis. 2. circa fin. C. de indict. viduit. & L. Jul. Misc. toll. Ant. Matth. in notis ad pr. Inst. d. tit. ibid.* Schneid. *n. 6.* Borcholt. *n. 3. & seqq.* Montan. *d. tr. cap. 35. n. 46. usq. ad n. 58.* Sunt tamen etiam aliqui, qui ab hoc onere non liberant, utputa (1.) adoptivi, *d. l. sextumdecimum. 2. §. adoptivi. 2. ff. de vacat. & excusat. muner.* idq; propterea, ne factio suo se quis obligatione legis liberare queat. Licet enim & hi sint oneri adoptanti, in onere autem ratio excusationis; tamen hoc onus ultrò sibi accersivit. Ergo quemadmodum tutela affectata ad excusationem non proficit, ita nec ascititii liberi. *d. pr. Inst. eod. l. quod quis. 203. ff. de R. J. c. damnum. 86. X. de R. J. in 6. arg. l. si de commissum. 76. ff. de condit. & demonstrat. & l. si ita.*

si ita. 51. §. is cui. 1. ff. de legat. 2. Schneid. d. loc. n. 6. Montan. d. loc. n. 70. (2.) Naturales tantum, spurii vel bastardi; d. l. excusantur. 2. §. legitimos. 3. ibid. gloss. in verbo, legitimos. ff. d. tit. de excusat. d. l. ambiguitates. 2. in fin. C. de indict. viduit. roll. ne pater privilegium ex delicto consequatur. Montan. d. loc. n. 73. Item (3.) illi, qui adhuc in utero sunt, d. l. 2. §. qui autem. 6. ff. de excusat. licet aliàs in multis legum partibus, præsertim quando de ipsorum commodo agitur, pro jam natis habentur. §. cum autem. 4. Inst. hic de tut. l. qui in utero. 7. & l. pen. ff. de stat. homin. l. in Falcidia. 9. in fin. ff. ad L. Falcid. Montan. d. loc. n. 75. Item (4.) nepotes ex filia, d. pr. Inst. eod. d. tit. non quòd in potestate avi non sint, sed quia duobus prædesse non possunt; nam nec emancipati in potestate sunt, & tamen profunt: Nicasius ad d. pr. Non igitur profunt avo materno, sed suo patri, l. ult. C. qui num. lib. se excus. cui & soli sunt oneri. l. pen. ff. de liber. agnoscend. & alend. Montan. d. loc. n. 78. Nec (5.) illi, qui, postquam tutor est datus, nati sunt. d. l. 2. §. numerum. 8. ff. d. tit. Montan. saepe d. loc. n. 76. Nec (6.) mortui seu defuncti, d. pr. Inst. eod. d. l. 2. §. oportet. 4. d. l. ult. C. qui num. lib. se excus. nisi in acie sint trucidati. Hi enim, quoniam pro patria ceciderunt, in perpetuum per gloriam vivere intelliguntur: d. pr. in fin. Inst. de excusat. tut. vel curat. l. bello. 18. ff. eod. l. qua actione. 7. §. si quis. 4. ff. ad L. Aquill. l. ult. ff. de vacat. & excusat. muner. secus est in illis, qui in acie vulnerati & domi sunt mortui, vel ab hostibus capti. secund. Bart. in d. l. bello. 18. Hillig. in Donell. Enucl. d. lib. 3. comm. cap. 9. in not. lit. D. & seqq. Schneid. d. loc. n. 7. Treutl. d. disp. 9. vol. 2. th. 2. lit. A.

(2.) A tutela suscipienda liberant tria onera tutelæ non affectatæ. §. item tria. 5. Inst. d. tit. d. l. 2. §. fin. l. tria onera. 3. l. diximus. 4. l. tria onera. 5. l. si duas habenti. 6. in pr. l. spadonem. 15. §. Ulpianus. 16. l. non tantum. 17. in pr. l. si is qui. 31. ff. eod. Affectasse autem putatur is, qui modici patrimonii tutor factus est; per d. l. spadonem. 15. §. est autem. 15. in fin. ff. eod. item qui se tutorem vel curatorem adscripsit, l. uxori. 18. §. qui se. 1. ff. ad L. Cornel. de fals. & tamdiu excusatur, quamdiu illas administrat omnes: si secus sit, quartam recipere recusare nequit. d. l. 2. §. ult. & d. l. si is qui. 31. ff. eod.



Sufficit quoque ista tria onera in una domo esse, ut, si pater habeat duas tutelas & filius unam, excusent, *d.l. diximus. 4. §. si pater. 1. d.l. tria onera. 5. ff. eod.* & dicuntur onera, quia si sint leves, in isto numero non excusant. Sic è contrario, si una tam gravis (hoc est, tam negotiosa ac diffusa) sit, ut tribus æquivaleat, excusationem præstat. *d.l. si is qui. 31. §. fin. ff. eod.* Tria autem onera non ex pupillorum vel adolescentum numero, sed ex patrimoniorum ac domorum diversitate, & conficiendarum reddendarumq; rationum difficultate, computantur: *d. §. item tria onera. 5. Inst. d. tit. d.l. tria onera. 3. & d.l. si is qui. 31. §. ult. in fin. ff. eod.* atque ideo qui tribus fratribus tutor est datus, qui individuum habent patrimonium, vel quibusdam tutor, quibusdam curator, unam tutelam suscepisse creditur. *per sepe d. l. tria onera. 3. & d. l. si is qui. 31. §. fin. ff. d. tit.* Niciasius *ad d. §. item tria onera. 5. Instit. eod. ibiq;* Vult. *per tot.* Schneid. *n. 2. & seqq.* Mynsing. & Borcholt. *ibid.* Duaren. *ad h. tit. ff. de excusat.* Bocer. *d. disp. th. 77. & 3. seqq.* Treutl. *d. loc. lit. B. vid. Montan. d. cap. 35. n. 119. usq; ad n. 139.*

(3). Ætas septuaginta annorum, *§. item major. 13. Inst. d. tit. d. l. 2. in pr. ff. eod.* ita, ut annus septuagesimus præcisè sit completus. *d. l. 2. in pr. l. qui filium. 74. circa fin. ff. ad SC. Trebell. l. & qui. 3. §. quamvis. 6. cum §. cara. 12. ff. de muner. & honor. l. sextumdecimum. 2. §. numerus. 1. ff. de vacat. & excusat. muner. l. maiores. 3. ff. de jur. immunit. l. unic. C. qui ætat. se excus. l. manifesti juris. 3. C. qui ætat. vel profess. se excus. lib. 10.* Olim etiam minores viginti quinque annis sese excusabant, id quod hodie est sublatum; adeò, ut etiam volentes ad tutelam non admittantur, quoniam incivile fuit visum, ut illi, qui alieno in rebus suis administrandis auxilio egere noscuntur atque ab aliis reguntur, aliorum tutelam seu curam subirent, aliosq; regerent. *d. §. item major. 13. & l. final. C. de legit. tutel.* Quòd si tamen in testamento ab aliquo tutores dati sint, tunc temporis expectatur, donec majores fiant, *§. furiosus. 2. Inst. qui test. tut. dar. poss. dato interim curatore, qui tutelam administret. express. text. in l. non solum. 10. §. si libertus. 7. ff. de excusat. l. quero. 32. §. ult. in fin. ff. de testam. tutel. arg. §. sed & ff. 1. Inst. de Atill. tut.* Schneid. *ad d. §. item major. 13. ubi adhuc alia*
senium

seniam privilegia addit. Menoch. de arbit. jud. quest. casu. 59.
Treutl. d. loc. lit. C. vid. Montan. d. loc. n. 171. usq. ad n. 181.

(4). Personæ dignitas, ut sunt Magistratus, qui potestatem aliquam gerunt, & res Principum administrant; ut sunt Consules, Prætores, &c. §. *Et qui potestatem.* 3. Instit. d. tit. d. l. si duas. 6. §. remittuntur. 16. l. non tantum. 17. §. sanè notum. 5. l. Geometra. 22. §. hi verò. 1. §. l. administrantes. 41. ff. eod. Item Procurator fisci, §. *item divus.* 1. Inst. d. tit. Præfectus annonæ, vel Vigilum, exactores tributorum, silentiarii, mensores frumentarii, &c. l. mensores. 26. §. d. l. administrantes. 41. ff. b. tit. de excusat. l. exactores. 10. l. viros clarissimos. ult. C. eod. l. ult. C. de silentiar. §. *decurion. eor.* A suscipienda tamen tutela hi omnes, quamdiu in officio sunt, excusantur, post non item; illamque tutelam, quam ante officium seu potestatem sibi delatam susceptam habent, deserere non possunt, ne quidem magistratus seu officii tempore. d. §. *item divus.* 1. cum d. §. *Et qui.* 3. in fin. Inst. d. tit. §. d. l. non tantum. 17. §. sanè notum. 5. ff. eod. Schneid. ad §§. allegat. Instit. Treutl. d. loc. lit. D. Bocerus. d. loc. th. 71. 72. §. 76. & multi alii Dd. vid. Montan. d. loc. n. 84. cum 2. seqq. §. n. 100. usq. ad n. 117.

(5). Paupertas, ob quam quis imparem se oneri injuncto esse probare potest. §. *sed Et propter.* 6. Inst. d. tit. l. paupertas. 7. §. l. post susceptam. 40. §. paupertas. 1. ff. eod. ubi Duaren. Quisnam verò pauper dicatur, non est adeò expressè in jure nostro decisum. Nonnulli quidem putant, eum esse pauperem, qui non habet patrimonium quinquaginta aureorum: per l. nonnulli. 10. ff. de accusation. ibiq. Gothof. Communiter tamen hoc Judicis arbitrio relinquitur, id quod & melius esse putamus. Schneid. ad pr. Inst. qui §. *ex quibus caus. manum. non poss.* n. 12. §. *ad b. n. §. n. 2.* Treutl. d. loc. lit. E. Bocer. d. disp. th. 81. Montan. d. loc. n. 140. §. seqq. Plura de paupertate, quotuplex ea sit, quæ item sint ejus privilegia, favores & commoda, item quæ incommoda, atque in quibus casibus melioris sint ordinis pauperes, quàm divites: videri possunt apud Corasium in tract. de arte jur. lib. 4. cap. 19. Covarr. 1. var. resolut. 6. n. 8. Menoch. in tr. de arbit. jud. quest. lib. 2. cent. 1. cas. 65. §. in tr. de præsumpt. lib. 6. cap. 25. Mascard. de probat. conclus. 78. n. 15. Gail. lib. 1. obs. cap. 142. Mynsing. cent. 4. obs. 97.

(6). Exeusat quoque literarum incitia, sive ignorantia, ut si constitutus tutor scribere nesciat, atque expertus sit negotiorum, §. similiter. 8. Inst. h. d. tit. d. l. si duas. 6. §. ult. ff. eod. Qui literas nescire dicatur: vid. Duaren. disput. annivers. lib. 1. cap. 3. & Vult. lib. 1. discept. scholast. cap. 8. ubi conciliat. §. ult. d. l. si duas. 6. ff. cum. d. §. similiter. 8. Inst. d. tit. Et notandum, quod etiam is, qui literas quidem legere potest, scribere autem non potest, literas nescire dicatur. Bocerus, d. loc. th. 81. per l. hac consultissima. 21. C. de testament. Schneid. Borcholt. Mynsing. Nicasius, Ant. Matth. in not. & Dd. communiter ad d. §. similiter. 8. Inst. d. b. tit. Pacius cent. 5. enant. quest. 82. Treutl. d. loc. lit. F. Montan. d. loc. n. 157. & seqq.

(7). Inimicitia capitales inter pupilli patrem & tutorem nondum reconciliatae; quod etiam pertinet status quaestio, quando nimirum pater pupilli tutorem in servitutem petiit. d. l. si duas. 6. §. dat remissionem. 14 ff. d. tit. l. unic. C. si propt. inimicit. creat. fact. sit. lib. 10. §. item si. 9. §. inimicitia. 11. cum §. seq. Inst. h. d. tit. ubi Schneid. Mynsing. Borcholt. Nicas. & plures alii videri possunt. Treutl. d. loc. lit. G. Bocer. d. disp. th. 83. & duab. seqq. Montan. d. loc. n. 162. & seqq.

(8). A suscipienda tutela liberat quoque liberalium artium professio. Hinc Grammatici, Rhetores, Medici & Philosophi, qui suas exercent artes in locis privilegiatis, puta Academiae & Scholis, atque intra numerum sunt, hoc non gravantur onere, propterea, ut à muneribus civilibus feriantes, eò magis sedulo id præstare possint, quod profitentur. §. item Roma. 15. ibiq. Dd. communiter. Inst. d. tit. d. l. si duas. 6. §. Grammatici. 1. & seqq. ff. eod. l. medicos. 6. & l. fin. C. de profess. & medic. lib. 10. Cæteri verò Professores vacationem à tutela non habent, veluti calculatores, d. l. spadonem. 15. §. neg. librarios. 5. ff. d. tit. Poeta, l. Poeta. 3. l. oratione. 4. C. d. tit. de profess. & med. lib. 10. Geometra & c. l. Geometra. 22. ff. eod. An verò & juris Dd. excusentur? R, quod sic, si sint publici Professores, d. l. si duas. 6. §. legum verò Dd. 12. aut à Consiliis Magnatum sive Principum; & quidem non ad tempus, sed in perpetuum, etiam à tutela suscepta. l. jurisperitos. 30.

in pr.

in pr. ff. eod. Extra hos casus secus est; quoniam nihil magis con-
venit illis, quam pupillos tueri, & magis idonei ad tutelam ge-
rendam præsumuntur, quam Grammatici aut Medici. per ea
quæ Dd. ad. d. §. item Roma. 15. tradunt, per. d. l. spadonem. 15. §. qui
accepit. 12. ff. d. tit. de excus. Bocer. d. loc. th. 73. & seqq. Schneid. Ni-
casius, Treutl. Hœnon. & alii dd. loc. Montan. d. tr. cap. 35. n.
116. & duob. seqq. cum n. 203. usq. ad n. 212.

(9). Ratio remotioris domicilii, latèque diffusum pu-
pilli patrimonium. Qui enim non habet domicilium, in illo
loco, ubi tutor datus est, se excusare potest. l. ult. §. fin. ff. de excu-
sat. Hinc qui in Italia suum non habet domicilium, illi provin-
cialium rerum administratio remittitur; l. illud. 19. ff. eod. et si in
eadem provincia totum pupilli patrimonium non sit, sed illius
pars in alia existat provincia, tunc ab administratione istarum
rerum, quæ in alia extant provincia, excusatur. l. non solum. 10.
§. & qui in testamento. 4. ff. d. tit. l. testamento. 11. C. eod. l. pupillo. 27.
in pr. ff. de tut. & curat. dat. ab his & c. Nihilominus tamen illarum
rerum tutor in provincia à Præside ejus dari solet; unde tuto-
rem habenti tutor, non quidem earundem, sed aliarum rerum,
datur. l. propter litem. 21. §. licet. 2. cum §. ult. ff. d. tit. de excusat. Ni-
cas. ad §. datus. 17. Inst. eod. n. 9. ibiq. Schneid. n. 11. cum seqq. Bocer.
d. th. 81.

A suscepta tutela liberat (1) morbus seu adversa valetu-
do, propter quam ne suis quidem rebus seu negotiis interesse
quis potest: §. item propter. 7. Inst. d. tit. de excus. & c. Ubi tamen
distinguendum est inter morbum perpetuum & temporalem;
Priori casu, quo morbum lenticum Dd. referunt, in perpetuum
quis excusatur; posteriori verò quousque ægrotudo durat, &
interim curator datur. per d. l. non solum. 10. §. si quis. 8. & seq. cum
duab. ll. seqq. l. post susceptam. 40. in pr. ff. d. tit. l. umic. C. qui morb. se
excus. l. podagra. 3. & tot. tit. C. qui morb. se excus. lib. 10. l. ob qua. 4. §.
illud erit. §. cum l. animi potius. ult. ff. de adilit. edict. Videantur
Dd. supra allegati, quorum aliqui arbitrio Judicis relinquunt,
utrum quis ægrotus seu valetudinarius sit, nec ne? Menoch.
de arbitr. jud. quest. lib. 2. cent. 1. cas. 56. Is tamen, qui saltem unum
habet:

habet oculum, aut spado est, non excusatur. *sepe allegat. l. spado-
nem. 15. in pr. ff. d. tit. l. 1. § l. frater tuus. 9. C. eod. adhib. Schneid. d.
loc. Treutl. d. loc. th. 1. lit. C. Montan. d. loc. n. 145.*

(2). Lis cum pupillo superveniens; §. *item propter. 4. Inst. d. tit. modò sit de omnibus bonis, vel maxima eorum parte. l. si pupillum. 20. cum l. propter litem. 21. ff. § l. si ut allegas. 16. C. eod. Et hæc causa excusationis est justissima: Nam inimicus capitalis dicitur, qui alicui de omnibus bonis aut maxima eorum parte controversiam movet, non secùs ac is, qui vitæ insidiatur; cum pecunia vita hominis esse existimetur. Tiraquell. *intr. de vera nobilit. cap. 31. n. 380. Menoch. lib. 2. de arbitr. jud. quæst. cent. 2. cas. 100. Borcholt. ad d. §. item propter. 4. per. tot. Hodie lis quælibet facit, ut quis ipso jure tutor esse desinat, nec ulla opus est excusatione. per Nov. 72. cap. hæc omnia 1. § Auth. minoris. C. qui dar. tut. vel curat. poss. vid. Bocer. d. loc. th. 86. § seqq. Treutl. d. loc. th. 1. lit. D.**

(3). Absentia Reipublicæ causa, §. *item qui. 2. Inst. eod. tit. non affectata, nec sui commodi causa recepta, sed necessaria & coacta. l. Reipublicæ. 36. § l. non verè. 42. ff. ex quib. caus. major. 25. ann. in integr. restit. Dicuntur autem Reipublicæ causa abesse illi, qui mittuntur, ut milites ducant, reducant, legiones curent, vel Principi gratulentur, aut malos homines compe-
scant. l. qui mittuntur. 35. cum d. l. seq. ff. eod. Atque hoc ita verum est, ut nimirum à nova tutela recipienda per integrum annum, quo reversi sunt, excusentur: ab ea verò, quam ante absentiam receptam habent, non in totum, sed tam diu saltem, quàm absunt, liberentur, interim curatore ab ipsis petito, qui post ipsorum regressum curator esse desinit. d. §. item qui. 2. d. l. non solum. 10. in pr. cum l. pen. in pr. ff. eod. Quòd si hoc non faciant, tunc ipsorum periculo tutela interim administratur: l. 1. § tot. tit. C. si tut. vel curat. Reip. caus. ab. Idem etiam in ipsorū comitibus observa-
tur. d. l. administrantes. 41. §. eorum qui. 2. ff. d. tit. de excusat. Myn-
sing. & Schneid. ad d. §. item qui. 2. ibiq. Nicasius in fin. Mon-
tan. d. loc. n. 88 § seqq. Id tamen totum locum non habet in li-
bera legatione, hoc est, in ea, quæ ab Imperatore vel Senatu cla-
rissi-*

rissimis viris titulo tenus ad res proprias gerendas velut ad ad-
eundas hereditates sibi delatas datur. Treutl. d. loc. th. 1.
lit. E.

(4). Mutatio domicilii, quo casu necessum est, ut Prin-
cipis rescripto migratio fiat, ejusque scientia tutela deponatur.
l. idem Ulpianus. 12. §. sunt & alii. 1. ibiq; Gothofr. ff. d. tit. de excus. & c.
Plura videantur apud authores allegatos & tot. tit. ff. & C. de excusat.
tut. & curat.

Debet autem tutor suas excusationes, sive unam sive plu-
res, intra legitimum tempus, id est, intra quinquaginta dies
continuos, ex eo tempore, quo se tutorem datum rescivit, com-
putandos coram ordinario Magistratu proponere, eamque suf-
ficienter probare. Quòd si unum ex his non faciat, fortè ex
negligentia inter dictum tempus eam non proponat, aut pro-
positam satis non probet, tunc omninò non liberatur. uti patet
ex §. qui autem. 16. Inst. de excus. tut. vel curat. ubi Dd. per. l. scire. 13. §.
multa verò. 1. & quinq; §§. seqq. §. scire. 8. cum duob. §§. seqq. & l.
quinquaginta. 38. ff. d. tit. l. si curatores. 2. l. quinquaginta. 6. & l. testa-
mento. 11. C. eod. ibiq; Duaren. in comm. & Weseimb. in c. ff. n. 4.
vid. Schneid. d. loc. Bocer. ibid. th. 92. & seqq. Hœnon. d. loc. lit. E.
Treutl. d. loc. th. 1. lit. B. videatur Montan. d. tr. cap. 35. reg. 3. n. 1. & 2.

(h) De qua in th. seq. agitur.

XII.

Ob suspecti postulationem (a), quæ ex L. 12, Tabb.
descendit (b), quoque finitur tutela; adeoq; ut omnes
tutores cujuscunque sint generis (c) coram Magistratu
competente (d) ab omnibus (e) etiam mulieribus (f)
suspecti postulari possint (g). Qui si remoti fuerint,
ob dolum quidem fiunt infames (h): ob culpam non
æquè (i).

(a). Quæ vel civilis est vel criminalis extraordinaria. l. in
eos. 9. ibi, extra ordinem, ff. b. tit. de tut. l. 1. §. solent. 7. ff. de offic. Prae-
fect. urb. l. 1. §. suspecti tutoris. 11. ff. ad SCt. Turpill. Civilis, quando

H

CIVI-

civiliter agitur & petitur, ut tutor suspectus declaretur, atque ab administratione Judicis decreto removeatur, rationem reddat, & reliqua restituat, vel ut ei curator adjungatur: *l. si tutor. 9. ff. de suspect. tutor. & curat.* cui etiam locus est, antequam tutor tutelam gerere coepit; *§. suspectus autem 5. versic. sed & antequam. Inst. & l. ha enim. 4. §. ult. ff. eod.* quoniam melius est malum in tempore praevnere, quam post vulneratam causam remedium quaerere. *l. i. C. quand. liceat unic. sin. jud. se vindic.* Criminalis est, quando tutor criminaliter accusatur, ut non solum removeatur, sed ut etiam arbitrio Judicis puniatur. *§. sed si quis. 10. Inst. d. tit. l. i. §. ult. l. libertus. 2. ff. eod. d. l. i. §. solent. 7. ff. de offic. Praef. urb.* In hac posteriori aliqui inscriptionem ac fidejussores requirunt, quod tamen hodie generali consuetudine non servatur, & novissimo jure Imperatoris Caroli V. in der Peinlichen Halsgerichts Ordnung. *art. 12.* confirmatum est. *Schneid. ad pr. Inst. de susp. tut. ibiq; Borcholt. n. 8. Bocerus d. loc. th. 131. & 136. Treutl, d. loc. th. 3. lit. a.*

(b). *In pr. ibiq; Schneid & Mynsing Inst. d. tit. & l. i. §. sciendum. 2. ff. eod.*

(c). Sive testamentarii, sive legitimi, sive dativi: *§. ostendimus. 2. atq; ibid. Mynsing. & Schneid. Inst. cum d. l. i. §. ostendimus. 5. ff. d. tit. & l. etiam 4. C. eod.* dum tamen, quando contra legitimos agitur, illud aliquantò modestius fiat, & vel petatur, quod curator eis adjungatur, vel saltem verbis postulatio temperetur, atq; ipsorum fama parcat. *d. §. ostendimus. 2. circa fin. Inst. & d. l. i. §. ostendimus. 5. in fin. cum d. l. si tutor. 9. ff. eod.*

(d). Qui olim Romæ fuit Prætor, in provinciis verò Præses & legatus Proconsulis: *§. datum est. 1. Inst. d. tit. d. l. i. §. datum. 3. ff. eod.* item & is, cui mandata fuit jurisdictio in civili actione, in criminali verò quoad pœnam inferendam demandari non potest. *d. l. i. §. an autem. 4. ff. d. tit. l. cognitio 4. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisdict.* Et generaliter quidem omnes, qui habuerunt jus dandi tutores, habuerunt etiam jus removendi: cum nihil tam naturale sit, quam unumquodq; eodem vinculo dissolvi, quo colligatum est. *l. nihil tam naturale. 35. ff. de R. I. Unde hodie*

hodie ex generali consuetudine omnibus Magistratibus municipibus hæc potestas concessa est. Schneid. ad d. §. datum. 1. Inst. d. tit. Hænon. d. loc. th. 10. lit. A. Treutl. d. loc. th. 3. lit. C.

(e). Competit enim cuilibet de populo: §. consequens. 3. Inst. & d. l. 1. §. consequens. 6. ff. d. tit. unde etiam quasi publica dicitur actio, in d. l. 1. §. 6. ff. eod. item quasi publica accusatio. d. §. consequens. 3. in pr. Inst. eod. quoniam Reipublicæ interest pupillorum bona conservari. Dico autem quasi publica, non verè & principaliter: quia & hoc in pupillorum favorem receptum, ut ab accusatione desistens non incidat in SC, Turpillianum, l. 1. §. suspecti tutoris. 11. ff. ad SC. Turpill. quod tamen in accusatione verè publica est receptum: d. l. 1. §. accusationem. 10. ff. d. tit. nec verò ex lege aliqua judiciorum publicorum illa accusatio descendit, l. 1. ff. de publ. judic. nec omnes ex ea damnati infamantur, §. suspectus autem. 6. Inst. d. tit. quod tamè in verè publicis judiciis contingit. l. infamem. 7. ff. de publ. judic. Potest itaq; & tutor contutorem postulare, l. tutor. 3. in pr. ff. d. tit. de susp. tut. & curat. item tutor, qui fuit remotus ut suspectus, etiam alios contutores suos; d. l. tutor. 3. in pr. Servus quoq; etsi accusare nequeat, admittitur tamen in iudicio ad instruendum accusantem de fraudibus tutorum. l. ult. ff. eod. Idem puberibus & minoribus à Divis Severo & Antonino concessum est, ut & hi, consilio necessariorum adhibito, curatores suos suspectos postulare possint: §. impuberes. 4. Inst. d. tit. l. pietatis. 6. in fin. C. eod. aliud verò in impuberibus observatur. d. §. impuberes. 4. & l. impuberibus. 7. in pr. ff. eod. cum d. l. pietatis. 6. in fin. Imò Judex ex officio etià nemine accusante tutorem suspectum removere potest; præsertim si Prætori liqueat, ex apertissimis rerum argumentis, eum esse suspectum; id quod etiam in favorem pupillorum est introductum, d. l. tutor. 3. §. præterea. 4. & §. si tutor. 12. ff. cum l. præses. 3. C. eod. & si aliàs regulare sit, neminem sine accusatore condemnari. l. divus. 6. ff. de custod. & exhibit. reor. l. rescripto. 6. §. si quis. 2. ff. de muner. & honor. vid. Mynl. & Schn. ad d. §. consequens. 3. Inst. d. tit. Wesemb. in π. ff. eod. tit. n. 6. Treutl. d. loc. th. 3. lit. D. & alii multi, adhibeatur Montan. d. tr. cap. 36.

(f). Quantumvis illæ regulariter accusare non possint. l. 1. cum l. qui accusare. 8. ff. de accusat. & in script. & l. mulieri. 6. ff.

de popular. action. ne videlicet persequenda litis obtentu, in contumeliam matronalis pudoris irreverenter irruant, & conventibus virorum vel judiciis intersint, l. maritus. 21. C. de procurat. neque virilibus officiis fungantur: l. 1. §. sexum. 5. ff. de postul. l. femina. 2. ibi, Phil. Matth. ff. de R. I. hoc tamen casu in pupillorum favorem admittuntur, mater, avia, soror & nutrix pupilli, item & alia femina pudica, quae pietatis necessitudine ad hujusmodi accusationem ducuntur. d. §. consequens. 3. & d. l. 1. §. quinimo 7. ff. d. tit. d. l. pietatis. 6. C. eod. Schaeid. d. loc. Bocer. ib. 129. & Dd. supra allegat. dd. loc.

(g). Dicitur autem suspectus, qui moribus talis est, ut suspectus sit. §. novissimè. ult. Inst. de suspect. tut. vel curat. l. suspectum. 8. ff. eod. Qualis est is, qui nummis tutelam occupavit, §. sed si quis. 10. in fin. Inst. d. lit. l. 1. §. solent. 7. ff. de offic. Praefect. urb. d. l. in eos. 9. ff. b. tit. de tut. qui in alia tutela male est versatus: l. tutor. 3. §. si autem. 8. ff. de susp. tut. & curat. Is enim, qui semel malus in una tutela vel cura deprehenditur, in aliis etiam ita futurus praesumitur. per text. in c. semel. 8. X. de reg. jur. in 6. Qui per fraudem res pupilli vetitas, id est, immobiles sine Judicis decreto alienavit, d. l. 1. §. solent. 7. d. l. in eos. 9. in fin. & d. l. tutor. 3. §. Severus. 13. ff. dd. tit. l. de his. 12. C. de administ. tut. vel curat. qui inventarium non fecit, l. tutor qui repertorium. 7. in pr. ff. eod. tit. de administ. & c. qui cum satisfacere deberet, non satisfacit. l. 1. & l. eum tutorem. 2. C. de tut. vel curat. qui satis non dedit. Item, qui aliàs non ex bona fide sed dolo tutelam administrat, licet solvendo sit, §. suspectus autem. 5. Inst. d. tit. qualis est is, qui in tutela grassatur, aut sordidè in tutela agit, vel perniciosè pupillo, vel aliquid ex rebus pupillaribus intercipit. d. l. tutor. 3. §. nunc videamus. 5. ff. eod. Atque talis omninò est removendus, licet satisfactionem offerat, seque de male gestis finitâ tutelâ rationem redditurum dicat: Melius est enim jura pupillorum intacta servari, quàm tabulas rem salvam fore cautionis habere; l. suspectus. 5. ff. eod. & l. fin. C. in quib. caus. restit. in integr. non est necess. tunc etiam, quia satisfactio propositum tutoris malevolunt non mutat, sed diutius grassandi in re
fam-

familiari facultatem præstat. *l. quia. 6 ff. eod. §. novissime. ult. Inst. d. tit.* Item is, qui dolo tutelam administrare cessat, *l. hæ enim. 4. §. ult. ff. & l. curatores. 2. cum l. seq. C. eod.* qui pecuniam ad prædiorum emptionem conferre pervicaciter perstat, *d. l. tutor. 3. §. qui pecuniam. 16.* qui inconsideranter pupillum vel dolo abstulit hereditate, *d. l. tutor. 3. §. is tutor. 17.* qui ob segnitiam, vel rusticitatem, inertiam, simplicitatem, ineptiam vel imperitiam, non ut oportet administrat, hic quoque, salva tamen estimatione, removetur. *d. l. 3. §. qui ob segnitiam. ult. d. l. hæ enim. 4. §. ult. & l. impuberibus. 7. §. si fraus. 1. ff. eod.* Porro & is, qui ad alimenta pupillo præstanda copiam sui non facit; quo casu & insuper in bonorum ejus possessionem pupillus mittitur, & quæ morâ deteriora sunt futura, dato curatore distrahi jubentur: *§. si quis tutor. 9. Inst. d. tit. sæpè d. l. 3. §. tutor. 14. & d. l. impuberibus. 7. §. præterea. 2. ff. eod. l. ult. ff. ubi pup. educ. vel mor. deb.* Quòd si quidem sit præsens, per mendacium autem dicat, propter inopiam pupillo alimenta decerni non posse, tunc non solum removetur, verum etiam punitur. *§. sed si quis. 10. Inst. d. tit. sæpè d. l. 3. §. sed si non. 15. ff. eod.* Item qui pupillo non legitimo modo defensionem præstitit, *l. ult. in pr. C. de admimst. tut. vel curat.* ut & is, qui pupillo aut parentibus ipsius est inimicus. *d. l. 3. §. si tutor. 12.* Et generaliter, si qua justa causa Judicem moverit, cur in ea tutela versari non debeat, rejicere eum debet: *d. l. tutor. 3. §. si tutor. 12.* Sola tamen paupertas tutorem non reddit suspectum, si aliàs sit fidelis & diligens. *d. §. novissime. ult. in fin. Inst. d. tit. & d. l. suspectum. 8. ff. eod.* Schneid. *ad d. §. suspectus autem. 5. Inst. d. tit. per tot. Bocer. d. loc. th. 126. Hænon. d. loc. th. 9. lit. G. Treutl. d. loc. th. 4. Montan. d. cap. 36. & Dd. alii.* Ultimò & hoc addendum, quòd lite pendente tutori administratio interdicitur, quoad cognitio finiatur, atque interim ad res pupilli administrandas curator detur: *§. si quis autem. 7. Inst. d. tit. l. eum quem. 7. C. eod. l. quod si fortè. 14. §. sunt quidam. 1. ff. de solut. & liberat.* Quòd si incepta suspecti cognitio fuerit, tutor verò, antequàm ea ad finem perducatur, decesserit, tunc ea morte extinguitur, *uti patet ex text. §. sed si suspecti. 8. Inst. d. tit. quia est*

actio famosa & pœnalis, quarum neutra ad reorum heredes transit, §. non autem omnes. 1. Inst. de perpet. & temporal. action. morteq; rei crimen extinguitur; l. publica. 3. cum l. defuncto. 6. ibiq; Gothofr. ff. de publ. judic. l. 1. & tot. tit. C. si reus vel accus. mort. fuer. Nisi sit crimen læsæ Majestatis vel accusatio repetundatum. l. in SCtum. 15. §. si propter. 3. ff. ad SC. Turpill. l. ex judiciorum. 20. ff. de accusat. & inscript. l. datur. 2. ff. de L. Jul. repetund. l. ult. ff. ad L. Jul. peculat. Schneidw. ad d. tit. de suspect. tut. circa fin.

(h). Atque hæc est ejusmodi tutoris pœna: §. suspectus autem. 6. Inst. d. tit. l. 1. §. primum. 1. ibi, deq; pœna suspecti. ff. & l. ult. C. eod. Ubi sciendum, quod non tantum fiat infamis; sed etiam si, ob factum aliquod atrocius in tutela admissum, fuerit suspectus criminaliter accusatus, graviter insuper secundum Judicis arbitrium sit puniendus. d. l. 1. §. ult. d. l. tutor. 3. §. sed si non. 15. ff. d. rit. d. §. sed si quis. 10. Inst. eod. d. l. 1. §. solent. 7. ff. de offic. Præf. urb. d. l. in eos. 9. ff. b. tit. de tut. §. ex quibusdam. 2. Instit. de pœn. tem. litig. Schneid. ad d. §. suspectus autem. 6. Inst. d. tit. Bocer. d. disp. th. 134. & reliqui omnes supra alleg. Dd. De jure Saxonico tutor aut curator, qui dolosè aut fraudulenter versatur circa pupilli bonorum administrationem, debet simpliciter diffamari, atque in posterum ei omnium tutelarum administratio prohiberi. Landr. lib. 1. art. 44. Treutl. d. loc. th. 4. lit. E.

(i). Levem scilicet, ut supra dictum est per d. l. tutor. 3. §. ult. multò minus levissimam, l. eum qui. 4. & l. quicquid. 7. C. arbitr. tutel. l. sine herede. 32. & 1. ff. de admin. & peric. tut. & curat. Tutor enim non spontè se immiscet negotiis alienis, sed ad ea gerenda invitatus compellitur. l. si quis. 9. ff. de muner. & honor. arg. §. sed ex his. 3. Inst. de Atill. tut. An verò ob latam culpam remotus fiat infamis, magna est inter Dd. dissensio? Nos negativam æquiores esse putamus, per textum generalem d. §. suspectus autem. 6. Inst. d. tit. & l. ult. C. eod. tum etiam, quia in pœnalibus interpretatio semper in partem mitiorem fieri debet. 4 ap. in pœnis. 49. X. de R. J. in 6. l. si præses. 32. & l. interpretatione. 42. ff. de pœn. Et quamvis lata culpa dolo æquiparetur, in l. quod

Nerva. 32. ff. depos. tamen in delictis poenalibus poenam capita-
lem atque infamiam irrogantibus non æquiparatur. Et hoc
propter magnam infamiæ poenam, quæ viris honestis non mi-
nor quàm poena capitalis seu mortis esse debet, in l. isti quidem.
8. §. quod si dederit. 2. ff. quod met. caus. gest. erit. l. in L. Cornelia. 7.
ff. ad L. Cornel. de venef. & sicar. ibiq; Gothofr. tum, quia odia
magis sunt restringenda, quàm amplianda, cap. odia. 15. X. de R.
7. in 6. atque in dubio ea interpretatio sumenda, quæ beni-
gnior est. l. benignius. 18. cum l. seq. ff. de LL. l. semper. 9. l. semper.
56. & l. ea qua. 192. ff. de R. 7. Schneidw. ad d. §. suspectus autem. 6.
ibiq; Wesemb. item in π. ff. eod. circa fin. Gœdd. in l. cedere diem.
213. §. fin. ff. de V. S. vid. Montan. d. tr. cap. 36. reg. 8. Wesemb.
in π. ff. de his, qui not. infam. n. 4. Gail. lib. 2. observ. 110. n. 2. Dom.
Arumæus disp. ff. 16. th. 12. & exercit. Inst. 3. th. 23.

XIII.

Tutelâ quocunque horum modorum finitâ (a),
 tutores pupillo administrationis suæ rationes reddere
 tenentur (b). Ad quod pupillo tres competunt actio-
 nes; quarum prima est, actio tutelæ directâ (c): Altera
 de rationibus distrahendis (d): Tertia est actio furti, seu
 condictio furtiva (e). Quibus adhuc actio personalis
 ex stipulatu, rem pupilli salvam fore (f), atque actio sub-
 sidiaria (g) adjicitur. Contraria verò actio datur tu-
 tori contra pupillum, ad repetendum id, quod in res &
 negotia pupilli de suo impendit, seu quod ei propter
 tutelam abest; dummodò ex officio & bona fide sum-
 ptus facti obligationesq; susceptæ sint (h).

(a). Id quod necessarium est: per §. fin. Inst. de Atill. tut.
 Quamdiu administratio durat, ea non datur, quoniam absur-
 dum esset, ab eo administrationis rationes reposci, qui adhuc
 in ea perseveraret. l. si tutor. 9. §. & generaliter. 4. & §. fin. cum l.
 seq. l. 1. §. fin. l. nisi 4. in pr. & l. cum tutor. 18. in fin. ff. de tutel. & ra-
 sione



tion. distrab. Quanquam hodie ex constit. Caroli V. Imperatoris Augusti edita anno 1548, quam Rudolphus II. auxit, de quo videatur die zu Franckfurt verbesserte Policeny Ordnung anno 1577. sub tit. von Pupillen vnd minderjährigen &c. omnes tutores, cujuscunque sunt generis, singulis annis rationes reddere debent; eo tamen addito, si à Magistratu requirantur. Quod idem etiam jure Saxonico est receptum, ut nisi proximi sint agnati, aliis proximioribus calculum administrationis singulis annis ponere cogantur. Landrecht lib. 1. art. 23. 41. 44. & seq. Imò & testamentarii & dativi tutores ad rationes annuatim reddendas tenentur. Nov. Elect. Augusti p. 2. cap. 11. Mollerus lib. 1. Semest. cap. 8. n. 4. & cap. 39. in pr. De jure Canonico omnes quoque administratores quotannis rationes reddere tenentur. Clement. cap. quia contingit. 2. §. ut autem. 1. versic. illi etiam. de relig. domib. & cap. 1. de cleric. egrot. vel debil. in 6. Treutl. d. disp. 9. th. 5. in pr. Hænon. d. disp. th. 12. Wesemb. in π. ff. de tut. & ration. distrab. n. 3. Montan. d. tr. cap. 38. Schneid. ad §. impuberes pen. Inst. de Atill. tutor. n. 3. & ad §. ult. Inst. quib. mod. tut. fin. n. 3. Mynsing. ad §. actionum autem. 28. Inst. de action. n. 53. ibiq; Vult. n. 32. & lib. 2. Jurisprud. Rom. cap. 13. n. 11.

(b). Etiam non requisiti. Montan. d. loc. n. 44. Quemadmodum enim minoris ætatis lubricum consilium alterius tutelæ & fidei committitur: Ita par est eum, qui tutor delectus est, verè tutorem esse, & non prædonem, ac justam administrationis suæ rationem reddere: l. r. §. officio. 3. ff. de tut. & ration. distrab. quoniam & omne lucrum ex tutela proveniens non tutori, sed pupillo cedere debet. l. qui negotiationem. 58. in fin. pr. ff. de administ. & peric. tut. & curat.

(c). Quæ personalis est, l. qui tutor. 18. in pr. ff. d. tit. de administ. & c. l. 1. in pr. & l. cum tutor. 18. ff. de tut. & rat. distr. ex quasi contractu proveniens. l. si quis. 5. §. tutela. 1. de O. & A. §. tutores. 2. Inst. de oblig. que q. ex contr. nasc. & ibid. Mynsing. n. 1. & jam d. loc. Inst. n. 50. daturq; non tantum pupillo, sed etiam ejus heredibus: d. l. 1. in pr. §. officio. 3. & §. sed & .17. ff. de tut. & ration. distrab.

Distrah. l. tutela. 12. C. arbit. tut. in tutores, eorumque heredes, d. l. tutela. 12. C. d. tit. & d. l. 1. §. hanc actionem. 16. ff. d. tit. l. ex depositi. 12. & l. ex contractibus. 49. ff. de O. & A. (qui quoque ex proprio dolo seu lata culpa suo nomine conveniri possunt, si negotia ab ipsorum patre defuncto inchoata malè absolverint: l. 1. in pr. & l. cum ostendimus. 4. in pr. ff. de fidejuss. & nominat. & hered. tut. & curat. aliàs si saltem propter patris administrationem conveniantur, ne quidem de levi culpa tenentur; l. 1. C. de hered. tut. vel curat. nisi in paucis casibus, quos recenset Treutl. d. loc. th. 5. lit. E. Wesemb. in ω . ff. d. tit. in fin.) nulla adhibita distinctione, cujuscunque sint generis, etiam honorarios: per express. text. in l. si plures. 3. §. ceteri. 2. ff. de administ. & peric. tut. & curat. l. non quasi. 4. §. sed enim. 3. ff. rem pupil. vel adol. salv. for. & jura supra allegata: modò priùs is, qui administravit, ejusque successor conveniatur. l. fin. C. de divid. tut. l. tutores. 39. §. in eum. 11. ff. de admin. & per. tut. & curat. Et quidem regulariter si solvendo sint, quilibet pro portione virili tenetur: d. l. 1. §. & si. 11. ff. de tut. & rat. dist. l. tutorem. 37. in pr. ff. de admin. tut. l. ult. ff. rem pup. salv. for. Quòd si non omnes sint solvendo, tunc inter eos, qui solvendo sunt, dividitur actio; & prout quisque solvendo est, conveniri potest. d. l. 1. §. sed & si. 12. Sin autem inter eos divisa sit tutela, præsertim Judicis arbitrio, quilibet pro parte sibi adsignata est obligatus: d. l. si plures. 3. §. ult. cum l. seq. & l. si duo. 51. ff. de admin. & per. tut. secùs verò est, si ipsi soli ex propria voluntate & privata conventionem eam dividerint; tunc enim singuli in solidum tenentur, cum hac conditione, ut quem pupillus elegerit, ei cedat actiones suas adversus reliquos. l. si divisio. 2. C. de divid. tut. ibiq; Gothofr. l. tres tutores. 55. ff. de admin. & per. tut. Mynsing. Inst. d. loc. n. 52. Treutl. d. loc. th. 5. lit. B. Hænon. d. loc. lit. F. Wesemb. in ω . ff. de admin. & per. tut. n. 5. Datur autem hæc actio ad hoc, ut tutores administrationis suæ rationes reddant, in omnibus quæ fecerunt, cum facere non deberent; item in his quæ non fecerunt: præstando dolum, culpam, & quantam in suis rebus diligentiam. d. l. in pr. & §. officio. 3. ff. de tut. & rat. distrah. l. tutor. 7. §. competet. 2. & l. a tutoribus.

23. in pr. ff. de admin. & per. tut. l. pen. ff. rem pup. salv. for. l. nomina. 2. l. quicquid. 7. cum l. tutorem. 9. C. arbitr. tut. Vult. ad d. §. actionum. 28. Inst. de action. n. 34. & d. lib. 2. Jurisp. Rom. cap. 13. n. 9. Mynsing. d. loc. n. 56. Quid verò facere, quid non facere tutores oporteat, supra est expositum, ubi de administratione & officio tutoris egimus. Bocer. d. disp. 14. th. 152. & seqq. Hoc saltem adhuc sciendum, quòd in hac actione omne id, quod pupilli interest, veniat: d. l. tutor. 7. in pr. ff. de admin. & per. tut. l. tutela. 17. l. in quo. 18. & l. seq. in pr. ff. locat. conduct. l. eum, qui. 4. C. arbitr. tut. item & usura, modò palam doceri possit, tutores pecuniam pupillarem in usus suos convertisse. d. l. tutor. 7. §. pecunia. 4. l. 1. & l. eius quod. 2. C. de usur. pupill. Deinde hanc actionem esse perpetuam, nec ei longo tempore præscribi, l. tutores. 8. C. arbitr. tut. & licet semel finita sit, propter species prius omissas repeti posse. l. licet. 2. C. de judic. Treutl. d. loc. lit. B. & F. Weseemb. in d. tit. ff. de tut. & rat. distrab. n. 5. vid. Montan. d. rr. cap. 38. & 39. n. 241. Schneidvv. & Vult. ad §. actionum autem. 28. Inst. de actione. Huic actioni addi quoque solet actio hypothecaria contra possessores bonorum tutoris. l. pro officio. 20. C. de admin. tut. vel curat.

(d). Hoc est jam distractis, conturbatis, finitis. Datur hæc actio ex L. 12. Tab. l. tres tutores. 55. §. sed si ipsi. 1. ff. de admin. & per. tut. & l. 1. ff. de tut. & rat. distrab. adversus tutorem de iis rebus, quas ex bonis pupilli, durante tutela, clam abstulit. l. actione. 2. in pr. ff. eod. Daturq; propter furti nec manifesti speciem, quam factum habet; d. l. actione. 2. §. quòd si. 1. ff. d. tit. l. tutor. 33. ff. de furt. in duplum ejus, quod ablatum est, d. l. tres tutores. 55. §. sed si ipsi. 1. & d. l. actione. 2. ita ut in duplo res ablata contineatur, d. l. actione. 2. §. ult. non verò quod pupilli interest, sed verum rei pretium duplicetur. d. l. 1. §. considerandum. 20. ff. d. tit. de tut. & rat. dist. Et quoniam pœnalis est, datur quidem perpetuò heredi, similibusque personis, ex eo, quod vivo pupillo captum est: at in heredes cæterosq; successores non datur. d. l. 1. §. hanc actionem. 23. Tum autem datur, cum & tutelæ actio, h. e. finitâ demum tutela: nam cum ea concurrit, licet altera alteram tollat. d. l. 1. §. in tutela.

tutela. 21. & §. fin. Wesemb. in π . ff. eod. n. 6. Treutl. d. loc. th. 6. lit. A.
Schneidvv. d. loc. n. 4.

(e). Quarum utraque datur pupillo contra tutorem tanquam furem, quando manifestè constat, ipsum dolo & mala fide rem pupilli abstulisse, vel ad pœnam, vel ad rei ablatae restitutionem. d. l. 1. §. hunc tamen. 22. cum l. seq. ff. d. tit. d. l. tutor. 33. ff. de furt. arg. l. etiam furti. 8. & l. si servum. 16. C. eod. Wesemb. in π . ff. d. tit. n. 7. Schneidvv. d. loc. n. 5.

(f). Quæ competit, quando res pupillo salva non est, nec datur vel fit, quod ex tutela dari fieri debet; l. cum rem. 11. l. cum pupillus. 9. & l. seq. ff. rem pupill. vel adol. salv. for. & datur eodem modo, quo tutelæ actio, finita nimirum tutelâ. l. 1. l. non quasi. 4. §. hanc stipulationem. 4. ff. eod. l. si cum. 16. ff. de tut. & rat. dist. quamquam in curatoribus & protutoribus stipulationis dies cedat, & agi possit statim atque quid salvum esse desit. d. l. non quasi. 4. §. pen. & ult. ibiq; Wesemb. in π . n. 4. Agitur autem ex hac stipulatione non tantum contra tutores & protutores, qui tamen gesserunt; d. l. non quasi. 4. §. illud sciendum. 2. sed etiam contra ipsorum fidejussores, d. §. illud sciendum. 2. & d. l. si posteaquam. 10. quia in omnem tutelæ causam intervenisse intelliguntur; Gothofr. ad d. l. si posteaquam. 10. ff. eod. l. etiam. 3. & l. si cum. 5. ff. de fidejuss. & nominat. & hered. tut. vel potius in pupillorum favorem illud, ut multa alia, ita est constitutum. Coras. lib. 2. miscell. cap. 12. n. 11. Treutl. d. loc. th. 7. lit. D. & vol. 1. disp. 23. th. 5. Et agitur quidem à pupillo adversus singulos in solidum ipso jure, ne ex una tutela plures causæ, variæque quæstiones apud diversos fortè Judices, divisâ actione, constituantur: l. ult. ff. rem. pup. salv. for. ibiq; Wesemb. in π . in fin. l. ne in plures. 2. ff. de exercit. act. Ex æquo tamen & bono dividitur inter eos actio, si omnes sint solvendo; & si unus solidum solvere sit paratus, postulare prius potest à pupillo contra cæteros tutores ut sibi actio cedatur, quam etiâ non cessam utiliter habet. d. l. 1. §. nunc tractemus. 10. cū seq. ff. de tut. & rat. distrah. arg. d. l. ult. ff. rem pup. vel adol. salv. for. l. Modestinus. 76. ff. de solut. & liber. l. cū interdicta. 6. in fin. C. arbitr. tut. l. si divisio. 2. C. de divid. tut. l.



alt. C. de const. pecun. Fidejussores autem non illi solummodo existi-
mantur, qui promiserunt; l. blanditus. 12. C. de fidejuss. & mandat.
sed & qui præsentes fuerunt, & non contradixerunt, nominaq;
sua in acta publica referri passi sunt: l. cum ostendimus. 4. §. fidejuss-
sores. 3. ff. de fidejuss. & nominat. tut. Æquum enim est, hos perin-
de teneri, atque si jure legitimo stipulatio interposita fuisset.
d. §. fidejussores. 3. Eadem causa videtur Adfirmatorum, qui cum
idoneos esse tutores adfirmaverint, fidejussorum vicem susti-
nent. d. l. cum ostendimus. 4. in fin. Item Postulantium, Nominan-
tiumque aliquem in tutorem; videntur enim idoneum præstare
velle. l. postulare. 2. ff. d. tit. & ibidem. Wesemb. in w. per tot. Bocer.
d. loc. rb. 159. &c.

(g). Hæc actio datur pupillo tanquam ultimum præsidium
um contra eos, qui satisfactionem à tutoribus exigere solent, si
aut omnino non curaverunt, ut tutores satisficerent, aut non ido-
neè caveri passi sunt: §. sciendum. 2. Inst. de satisfact. tut. vel curat. l. 1.
cum seqq. C. de Magist. conveniend. l. Lucius. 46. §. cum testamento. 6. ff.
de admin. & per. tut. & curat. §. nos autem. 5. in fin. Inst. de Attil. tut. &
tum demum datur, quando neque à tutoribus & fidejussoribus,
neque eorum heredibus suum consequi potuit; sæpè d. l. 1. §.
usque adeò 15. ff. de tut. & rat. distrab. & d. l. Lucius. 46. §. cum testamen-
to. 6. vers. aliàs quidem &c. arg. l. duo tutores. 5. ff. de Magistrat. conveni-
end. Montan. d. cap. 39. in fin. Non tamen pupillo tantum, verum
etiam ejus successoribus, l. 1. §. non tantum. 4. ff. eod. contra Magi-
stratuū heredes eatenus, quatenus dolus aut lata culpa ipsorum
Magistratum arguatur. l. non similiter. 4. & l. quod ad heredem. 6. ff. d.
tit. ubi vide plura apud Wesemb. in w. per tot. l. in heredes. 2. & ibidem
Cujac. in parat. C. eod. tit. Schneidvv. d. loc. n. 6.

(h). §. tutores. 2. vers. non tantum. Inst. de oblig. que q. ex contr.
nasc. l. si quis. 5. §. tutela. 1. ff. de O. & A. l. officio. 2. in pr. ff. ubi pupill. e-
duc. vel mor. deb. l. Stichum. 95. §. si mandatu. 10. vers. & hoc. ff. de solut.
& liberat. l. sumptus. 3. C. de administ. tut. vel curat. l. quod plerumq;. 2. C.
de aliment. pupill. præstand. l. 1. §. pen. l. quid ergo. 3. in pr. (ubi Gothofr.)
& §. contrarium. 1. cum seqq. l. ult. ff. de contrar. tut. & util. act. Myn-
singer.

Singer. ad d. §. actionum autem. 28. Inst. de action. n. 58. Vult. ibid. n. 35. & d. lib. 2. Jurisp. Rom. cap. 13. n. 12. Schneidvv. ad d. §. tutores. 2. Inst. de oblig. quæ q. ex contr. nasc. n. 4. Quamvis enim pupillus sine tutoris autoritate non obligetur, l. obligari. 9. ff. de auctor. & consens. tut. & curat. nec tutor impuberem sibi in rem suam devincire possit: l. r. ff. eod. receptum tamen est, ut tutori suo pupillus sine alia hætenus autoritate civiliter obligetur, hanc ob causam, ne tutor solummodò ad administrationem faciliùs accedat, sed & promptiùs aliquid de suo pro pupillo impendat, dum exploratum habet, se impensas recepturum atque indemnitatem consecuturum. l. i. in prin. ff. de contr. tut. & util. act. Hæc etiam actio, cum sit rei persecutoria, perpetua est, & datur heredibus contra heredes, cæterosq; successores; d. l. quid ergo. 3. §. fin. l. pen. & ult. cum l. r. in pr. & §. præterea. 4. ubi de compensatione agitur. ff. d. tit. ibiq; vid. Wesemb. in w. licet pupillus tutelæ actione non agat: d. l. r. §. ult. ff. & l. si pater. 3. C. eod. non tamen per hoc iudicium illud consequitur, ut tutelæ actione liberetur. d. l. quid ergo. 3. §. contrarium. 1. Adhæc denique notandum, tutorem per actionem pro suæ administrationis opera salarium petere non posse; nisi ab eo, à quo datus est, ei sit constitutum. per text. in l. à tutor. 69. 33. §. ult. ff. de administ. & peric. tut. & curat. Treutl. Hænon. & Boccr. dd. loc. th. final. Wesemb. in w. ff. h. tit. de tut. n. 4. circa fin. vid. Montan. in d. tr. cap. ult. per tot.

Atque hæc de intricatissima & tam ob necessitatem, quàm utilitatem in foro frequentissima tutelarum materia, pro ingenii tenuitate, non verò materiæ dignitate, prolixitate ac subtilitate, hac vice differuisse sufficiat. Plura qui cupit, videat Paulum Montanum in sæpissimè à nobis allegato tractatu de tutelis & curis, in quo omnia, quæ huc spectant, satis nervosè explicat.

DEO ter Opt. Max. studiorum meorum directori, sit laus, bonor, & gloria.

Ad Literatissimum

Dn. RESPONDENTEM, Amicum
Fautorem & Collegam suum colen-
dum.

Pergite Pierides sic addere calcar Alumnis,
Præmia quò capiant clara sacre Themidòs.
Ergo & ego studium DAVID collaudo proo-
batum.

Hocce tuum; nunquam poenituisse scias,
Perge Patris pressare senis vestigia lauta,
Sic tibi donabit digna brachia Themis.

PRÆSES.

Quod mundo Sol est; hoc jus mortalibus; ille
Sole carere; nec hi jure carere queunt.

O te felicem! Ô BERRINGERE beatum!

Hoc qui Sole solo splendidus esse paras.
Urge opus, & confide Deo, THEMIS alma benignis
Cultores radiis irradiare solet.

αὐτοχρηδίας

L. M. Q. F.

MARTINUS WEISIUS

Medicine Licentiatus.

BERRINGERE tui laudo certamina Juris,
Jam certatori gratulor inde tibi.

Hacce via studii juris pertingere pergas
Ad metam: nisus præmia lauta legas.

M. NICOLAI ZAPFII Philos.
Facult. Adjuncti.

Quid

Quid tibi vis fandi fictor, vesane Poeta
Vana loquens. ASTREA fugax, ASTREA reliquit
Secula terrigenum, vitiorum expulsa tumultu,
Quin cœlo genitam, cœlo gens nata reservat
Missam hanc in tenebras, & lamentabile seclum.
Quamvis pressa jacet, tamen haud suppressa jacebit
Æternùm pia diva dolens, durabit Atlantum.
Viva manus, THEMIDÔS sacrum quæ portat Olympum.
Te quoque quem memorem, templis jurate THEMISTÔS,
Publica juridicæ promentem militiâi
Signa, bonis studiis & magna & clara minantem
Grata tibi, patriisq; focis gratissima & aris
Polliceor, voveoq; Deus annue votis,
Pacificumq; jubar pacatis suffice MUSIS.

*Commensali suo suavis amoris &
benev. ergo apposuit*

M. ANDREAS RITHWAGERUS
Schlib. S. Theol. Stud.

MULTI percipiunt ascendere culmina honorum,
Isti sed tendunt impare ad illa via.
Hunc juvat immensum mundi peragrarè theatrum,
Et populi mores applicuisse sibi.
Hic delectatur culturâ solus agrorum,
Atque dolet patrios deseruisse Lares.
Hic grave Martis onus grandi tractare labore
Gaudet, & hinc audax victor abire solet.
Te verò tantùm juvat impallescere chartis,
Et tractare illas nocte dieq; manu.
Hinc tu si perges peragrarè volumina Legum,
Cum paucis dignum nomen opesq; geres.

Hoc quicquid est Dn. Commensali
& Contubernali suo fidelissimo
gratulabundus adjecit

CHRISTIANUS BUTELIUS
Stetino Pomeranus.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and mostly illegible due to fading and the texture of the paper.

CHRISTIANUS BUNDE
Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and mostly illegible due to fading and the texture of the paper.

















Ka 4574
(1/2)


ULB Halle
006 683 290


3



ant
1002







IX
DISPUTATIO JURIDICA
De
TUTELIS,

Quam
DEI BENIGNISSIMI BENEFICIO,
Permissu & autoritate
Magnifici atque Amplissimi Jctorum Ordinis in florens-
tissima Electorali ad Albim Academia,

SUB PRÆSIDIO
Clarissimi & Consultissimi VIRI
Dn. CHRISTIANI Krembergk /
J. U. D. Juridicæ Facultatis Assessoris, & Judicii
Electoralis Curia Advocati dignissimi &c. Fautoris, Pro-
motoris ac Præceptoris sui omni observantiæ
cultu ætatem prosequendi.

Publice censura & disquisitioni placide subicit.
DAVID BERRINGERUS Budesinâ Lusatus.
In Acroaterio Jctorum.
Ad diem 28. Martii, horis à 7. matutinis.

WITTEBERGÆ,
Typis Hæredum SALOMONIS AUERBACH,
ANNO cl^o 1^o C XXIX.

JH

